

LIVRES ANCIENS
ET MODERNES
E. NOURRY
62, Rue des Ecoles
PARIS 5^e

322. *Tridino* (Johannes de), 1494. — **Ovidius**. De Arte amandi et de remediis amoris cum commento. *Impressit Venetiis, Joannes de Tridino alias Tacuinus*. 1494, in-fol. de 56 ff. n. chiff. caract. ronds, veau marb., dos orné, tr. rouges. (Rel. anc.). (431) 1200 »
Belle édition, en caractères ronds, ornée de 5 grandes initiales; au dernier feuillet marque typographique de Joannes de Tridino.
Très bel exemplaire, réglé, avec nombreuses petites initiales rubriquées en rouge et en bleu. — Hain, 12219.

Publii Ovidii Nasonis Nasonis
Sulmonensis De arte amandi

1194 coll

Hain 42219

12219

4200'

431

a-9⁶, A⁶, B⁴-C⁴

98

4

30

Namque hoc nomen voluimus phara confuso de la sermo amore eliquat
 melomnyssu dicitur de her poemata subspere et p...
 quozata d hunc beateq...
 et melomnyssu semp semp debeant Angla...
 noster p...

Diversis Diversa placent sua quae libido est
 Sed melior recte est norma si proda boni

**OVIDIO DE ARTE AMANDI
 ET DE REMEDIO AMORIS
 CVM COMENTO**

[Faint, mostly illegible text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through or ghosting.]





Ræclara multa & omni laude cumulatiflima in hac tua excellenti patria circumspiciens Fracice Generose: nihil æque laude dignū inuenio: q̄ in ea præ cæteris urbibus uiros omni studiorū genere florētissimos esse uideo: Nā si uelis oīum laudatarū artium pcreatricē quādam & quasi parentem eā: quæ a græcis Philosophia appellatur: Tot in ipsius naturæ obsecuritate. in differēdi subtilitate. in benediendi rōne sese tibi offerent: ut puertū maiorē nūq̄ sperare possis: Si uero Reginā rex. Eloquentiā malis: nō pauciores inuenies: i quibus eē fateare Catōis Grauitatē: Lelii lenitatē: Gracchi ipetū: Cæsaris calorē: Hortēsi distributionē:

Calui argutiā: & sanctitatem: Salustii parsimoniā: & quasi eam Ciceronis opulentiā: At si in poetica facultate uates eminentissimos: Si in narrāda Historia luculētissimos scriptores. Si præterea Mathematicæ disciplinæ: & obscuritatis indagatores acutissimos considerabis: Cōperies pfecto his oibus patriā tuā pter cæteras ciuitates plurimū pollere: & his artibꝫ ac disciplinis eos patriæ. sibi. & amicis. domi forisq̄ eē maximo præsidio. & ornamento: Quocirca tibi etiā equis ueliscꝫ (ut dicit) uenitēdū ē: ut iter tot præclarissimos uiros studio & disciplina nomē tuū eluceat: Excellētissimiq̄ Cornelii & Scipiōibus tuis respōdeas. Quorū uirtutes litterarū monumētis ita notæ sunt: ut nec meo: nec cuiusq̄ elogio idigeāt: uiros. n. Familia tua semp continua serie omni laudū gñe fulgētissimos: & illustres habuit. Et ut priscos illos tuos ptermittā: qui ppria laude: amplissimis rebus gestis: maxia gloria se quotidie imitādos an oculos tuos exhibēt. Offert se tibi i primis recēti gloria magnanimus Eques & clarissimus senator Auus tuus ille toto orbe Cōspiciuus: M. Cornelius. illustris & certissima gētis Corneliæ Proles: Qui iuuetutē ægit nō ignauia marcescētē: nō abiectissimis scortis: nō Aleæ: nō luxuriæ deditā: nō uetri sōnoq̄ indulgētē: nō aliis illecebris irretitā: q̄ generosos aiōs frāgūt & eneruat: sed pmo assiduis i srag studio uigiliis: Deinde pegrinis nauigatōibus exercitatus: Multorū hōinū & urbiū moribus cognitis. Amplissimis diuitiis nō mius igēio: q̄ hōestate. solertia. & industria cōpatis: ab oibus tadē expectatis simꝫ i patriā rediit eq̄stribꝫ dōatus isignibꝫ a Rege Cyprio: cui ob igenii simul. & gñris nobilitatē erat q̄ charissimꝫ: Breui deide i p̄ia audita pus illius uirtute: Postea ēt i maximis rebꝫ p̄specta & cognita: nihil unq̄ i hoc ufo senatu magnū: qd sine iuidia dictū ueli: nihil dubiū: nihil p̄clara admīstratōe dignū agebat: cui ille nō p̄ esset: Quo factū ē: ut & aduersis & secūdis uiræ reipublicæ tēporibꝫ: p̄iæ. emolumēta maxia attulerit: sibi uero sēpiternā laudē cōpauerit. Sed qd ego ea cōmemoro? Quā p̄fertī maxius p̄ tuꝫ Georgius Cornelius Serenissimæ Reginæ Cypri frater: Decēuir: Insignis: Clarissimꝫ Eques: & Sēator nobilissimꝫ quotidie tibi sit an oculis: tāq̄ alter uiræ speculū. Sigdē ille quā cæteris oibꝫ uirtutibꝫ: tū maxie Prudētia q̄ ē officii fons singulari & Eximia p̄ditus i cōsiderādis rebꝫ cedit nemini: liberalibꝫ uero disciplinis ita uacat̄ solet: ut nūq̄ abduci queat: nisi rei publicæ admīstratōibꝫ: aut amicorū cā: Quo fit: ut & sibi immortalē laudē cōpet: & cōmunē hōinū societate nō deserat. Hēt. n. Platōicū illud i ore. Nō solū nobis nati sumꝫ: ortusq̄ nri p̄tē p̄ia uēdicat. p̄tē amici: Fi des uero q̄ ē iustitiæ fundamētū: & an louē nata a poetis fingit: ita ab eo colit: ut nec p̄mio corrūpi: nec necessitate ad fallēdū cogi possit: nec mix: legit. n. i historiis Cornelios ufos hāc uirtutē iter cæteras ita coluisse: ut quā superior Africāus Carthaginēsiū nauē multis & illustribꝫ uiris hōustā cœpisset: eā i uiolatā dimiserit: quia se legatos ad eū missos dicebat. T ameti māifestū erat: eos uitādū picūli ḡra falsū legatōis munus amplecti. Liberalitate uero eius q̄s nō iure optio admiret̄ ac p̄dicet: Solet. n. ille ex tātis opibꝫ semp i amicos. paupes: aut Eruditos pecuniarū aliqd cōferre: cibariis sustētare: Amicis eos iterdū cōmēdare: aliisq̄ diuersa ratōe p̄desse: idq̄ nō ut bñficꝫ uideat̄: Sed q̄ illū ad id hōestas naturarū ipellūt. Didicit. n. Gēnrosi eē animi: & uer Magnifici iuuare mortales: & p̄desse q̄ plurimis: & hac uia i re hōines deū imitari. Ego certe liberalitatis clarissimi Patris tui sū locupletissimꝫ testis: Me nāq̄ ille cōplexus mirifica qdā beniuolētia: omni benignitate i hūc usq̄ diē p̄secutus ē. Nihil ab eo unq̄ petiit aut mea. aut amicorū cā: qd nō p̄tinis optiueri: Quibꝫ i me officii nūq̄ i termorituris: p uirili p̄tē omni studio: & industria i dies enitor: ut (qd̄ plato ille a doctoribꝫ i primis curādū uoluit) uirtutū te amatorē p̄beas: & sanctissimos mores: optimaq̄ istituta i bibas: ut regere & regi discas mḡra iustitia: Cæterq̄ qm̄ hactenus iecisti fundamēta optia: ac maioribꝫ tuis: & excellēti patre dignū te filiū p̄stas: non possū nō uehemētē tibi gratulari: mihicq̄ gaudere: qd̄ uideā te maiorū imaginibꝫ cōspiciū: sed ppria uirtute nobiliore fore: Nūq̄. n. litterarū studia p̄termittis. Nūc eloquentiæ studiis incūbis: Interdū ad Māfuetiores musas redis ex Fabii Sēntia: q̄ p̄cipit legēdos poetarū eē: & excutiēdū oē scriptorū genus: Quare te hortate tria illa uolumia de arte amatoria: Duoq̄ de Remedio amoris ab Ouidio elegātissime cōscripta: q̄ta potuimus diligentia interpretati sumus: Tibiq̄ cui omnia debemus: laborem hunc nostrū dicamus. ut & uiua uoce: & scriptis itelligas me tibi prodesse uoluisse: & tua causa nihil laboris recusasse: Inuenies tu quidem in eo opes præclara multa: quæ tibi Eruditionem haud mediocrem & uoluptatē afferent: Offendes etiam quædā quæ opturatis auribus tanq̄ Vlysses alter Sirenum cantum (ut poetæ fabulantur) præteribis: Sed (ut euagari tandē desinat oratio) Enarrationes has n̄as a te Semestri spatio expectatas accipies: Merulāq̄ tuum amabis. Vale.

Bartholomei Merulæ In primum Ouidii de arte Amandi enarrationes:



I quis in hoc artem populo non nouit amandi. Ex latinorum poetarū consuetudine propōit: Inuocat: & narrat ouidius: Nam primis duobus ueribus amatoriā artem se docturum profitetur: Deinde uenerem amorum matrem inuocat: Narrat postremo quemadmodum inuenienda & concilianda sit amica. In hac autem præfatione facit Auditorem Attētum: Docilem: & Beniuolum: Attentum quando ex ponit utilitatem futuram amantibus ex præceptis amatoriis: Docilem uero reddit summa rei breuiter & dilucide comprehensa: Beniuolentiā quoq̄ a se ipso captat: quum sine arrogātia officium suum laudat: ut eo carmine: Me uenus artificem tenero præfecit amori: Seruauit igitur in hoc principio Ouidius id quod a Fabio præcipitur his uerbis: Cā principii nulla alia est: q̄ ut auditorem: quo sit nobis i cæteris partibus accommodatior præparemus: id fieri tribus maxime rebus inter auctores plurimos constat: si beniuolū: attentum: Docilem fecerimus: & alibi: Sunt & illa ab excitādis ad audiendum non inutilia: si nos nec diu moraturos: nec extra causā dicturos existiment: Docile sine dubio & hæc ipsa præstat attētio: Sed & illud si breuiter & dilucide summam de qua cognoscere debeat indicauerimus: quod Homerus atq̄ Vergilius operum suorum principiis faciūt.

P. OUIDII NASONIS SVLMONENSIS DE ARTE AMANDI LIBER PRIMVS INCIPIT



I quis i hoc artem populo nō nouit amandi Me legat & lecto carmine doctus amet. Arte citæ ueloque rates: remoque reguntur. Arte leuis currus: arte regendus amor. Curribus autumedon: len

tisque erat aptus habenis Tiphys in hemonia puppe magister erat. Me uenus artificem tenero præfecit amori. Tiphys & autumedon dicar amoris ego.

In hoc populo: in romana ciuitate. Artem amandi: modū cōciliandæ amicæ: Est enim Ars (ut docet Cicero) perceptionū exercitarum constructio ad unum exitum uitæ utilem pertinētū: Diomedes uero grāmaticus Ita scribit: Ars est rei cuiusq̄ scientia usu. uel traditione. uel ratione percepta tendens ad usum aliquem uitæ necessarium: diciturq̄ uel quod actō præcepto singula diffiniat: & uelut uias quasdam ostendat: uel ὁππο τῆσ ἀρετῆσ. unde ueteres artē pro uirtute appellarūt. Arte citæ: ut naues & currus gubernantur a perito hōmine: ita & amor regi debet ab optimo magistro. Velocitate rates remoque reguntur: Velo enim & remo naues agi uidemus: Remum aut (ut tradit plinius) copas: uela icarus inuenit. Curribus Autumedon: Autumedon (ut Homerus scribit in. xvii Iliados) Diorei filius fuit: & Achilles auriga: Vergilius & Equorum agitator achillis Armiger Autumedon: unde quum aurigam designant poetæ. eum autumedontem appellant. Iuuenalis. puer Autumedon nam lora tenebat: uidetur autem alludere ad ea Homeri uerba in. xvi. Iliados ita scribentis: Secundo loco Sarpedon lanceam directam in patroclum non directe contorsit: sed pro hoste pedasi: qui erat tertius equus humerum fixit: quo letalem dolorem grauibꝫ gemitibus & q̄ si mugitibꝫ testante atq̄ in puluere lapsō animus euolauit e corpore: eius ruina turbati reliqui equi: in diuersum abire cœperunt stridente iā iugo: habenisq̄ amborū se implicantibus: quod impedimētum eximius Autumedon non differendum ratus ita expediuit: educō ense insurgens iacentē pedasum amputauit: atq̄ deinde alii equi in locum reuersi in officio fuerunt. Lentis habenis: flexilibibus & se implicantibus: hinc fit uerbum lenteo. & lentesco: & lentandus remus in unda a Vergilio dicit: Sane habena ab habeo uerbo deducitur ut Priscianus docet. Tiphys in æmonia: Tiphys (ut scribit Seneca in Medea) fuit gubernator argonautarū: qui in ea expeditione periit: Eum tradit plinius adminicula gubernādū naues primū inuenisse. In æmonia puppe: in argo nauī fabricata in thessalia: dicta ab argo inuētore: uel a celeritate: ut Diodorus & higinus docet: hæc dicit a poetis etiā palladia: q̄ eam actoris filius argus lunonis & palladis auxilio ædificauit: Sane Thessalia (ut asserit Plinius) prius æmoia dicta fuit: eademq̄ pelagis & Comargos atq̄ Helas Thessalia & Dryopis semp a regibus cognominata. Me artificē: me magistrū. Tenero amori: molli & lasciuo: Est autem pprium epitheton amoris: Papinius. Fulcra torosq̄ deæ tenerum premit agmen amorum: Agaton quoq̄ apud Platonē ondit amorē sēp iuuenē eē: tenēz: & mollē. Tiphys & Autumedon:

Ars

Autumedon

Tiphys-Argo Thessalia

dicar amoris ego: dicar esse optimus amoris magister: ut tiphys & Autumedon habiti sunt optimi gubernatores: Ille quidem ferus est: fateor saeuum esse cupidine: Et qui mihi saepe repugnat: Et qui mihi saepe est aduersus: Sed puer est: puerile aetatem melius erudiri: q̄ adultam docet et Quintilianus in primo: Phyllirides puerum: Chiron filius fuit saturni ex phillyra oceani filia: cum qua ille in equum conuersus: dum per thraciam iouē filium quærit: concubuit: ut Aratus docuit: Hic herbariam disciplinā inuenit: ut Plinius scribit: nauigauit cū argonautis: iudexq̄ & medicus eorū fuit: docuitq̄ Achille medicinā & cytharadicā artē ut Statius tradit: Hūc post mortem iter sydera collocatū scribit Ouidius i fastis his uersibus. Nōa dies a derat: qū tu iustissime chirō Bis septē stellis corpō cictus eras. Cytharā p̄fecit: p̄posuit pulsādā cytharā: ē. n. p̄ficet alicui rei agēdā: aliquem p̄pōere. unde supius dixit Me uenus artificē te nero p̄fecit amor: hic p̄fecti urbis: dicti sunt. Cōtudit: domuit a cōtundo uerbo. Exterruit socios: centauros p̄fecit: quū peliō habitaret: in de chiron apud Statium ita Tethi alloquit: ipsi mihi saepe querunt Cētauri: raptasq̄ domos. abstractaq̄ coram Armētā & cāpis semet fluuioq̄ fugati. Annosum senē: longæuū chironē Pertinuisse: formidasse. Iuuenalis. Metuens uirgā iā grādis achilles Cātabat patrii i mōtib: & cui nō tūc Eliceret risum cytharedi cauda magistri Quas hec tor sensurus erat: hoc dicit quoniā Achilles hec torem occidit Uterq̄ puer: & cupido & achilles. Natus uterq̄ dea: cupido ex uenere Achilles ex tethide. Sed tñ & tauri ceruix: Tauri & equi exēplo pbat cupidinē posse gubernari. Excutiātq̄ faces: accendat i me faces: nā Cupido nō solū amātes sagittis ferit dicit: sed et face icēdere: Ouidio i met. Tu face nescio quos esto cōtentus amores Irritare tua. & Iuuenalis. Nec pharetris ueneris macer ē aut lāpade feruet. Vitor ero: ulciscar accepta uulnera tāto acrius docēdo modū amādi. Nō ego phoebe datas: nō dicā me artē amatoriā ab apolline: nō ab auuū auspiciis: nō a musis: sed ab usu. & lōga amādi peritiā accepisse. Voce aeris auis: garritu uolucrū: quē augures maxie obseruabant Nec mihi sūt uisā clio: Hesiōdū dicit: qui quū patris oues pasceret iuxta heliconē: a musis ad fontē hippocrenē ductus poeta euasit. Ascra aut uicus ē in thespis iuxta heliconis ptē: quā Dius & p̄micides Hesiōdi parētes i coluerūt relicta patria cumā: Clio aut una ē ex musis: sic appellata ppter gloriā: quā ex poetaz laudibz orit: ut diodorus scribit. Cliusq̄ sorores: reliquas musas intellige: quas Hesiōdus dicit iouē ex Mnemosine. hoc est memoria genuisse cū qua nouē noctes cōcubuit i pierio mōte: Theodontius Thespiā matrē fuisse dicit: aqua Thespiades appellant a poetis: Diodorus scribit in Osiridis exercitu nouē Adolescentulas fuisse: & cātu & aliis disciplinis eruditas quas græci appellarūt Musas: q̄ homies bona utiliaq̄ doceāt & quæ ab indoctis ignorant: has apollinē docuisse dicūt: qua ex re musicus est appellatus. Pauci ex poetis. in quibus ē Alcmeon: eas filias cē coeli & terræ aiunt: quidā tres: Alii i quibus Homerus nouē fuisse pulchritudine eximia scribunt: plura de his Diodorus i quito: Clius at grūs ē græcus: nā latinus ēē cliōis: ut fabius docet: cuius uerba hæc sūt: Nūc recētores istituerūt græcis noibus græca potius decliātoēs dare: qd̄ tñ ipsū nō sep fieri pōt: mihi aut placet latinā rōnē seq: quousq̄ patit decor: neq̄. n. iā Calypsonē dixerit: ut Iunonē q̄q̄ securo atiquos cæsar utit hac rōe declinādi: sed auctoritatē cōsuetudo supauit: i cæteris. q̄ poterūt utroq̄ mō nō idēcenter efferri: q̄ græcā figurā seq̄ malet: nō latie qdē: sed citra rephēsiōnē loquet: Priscianus quoq̄ ita scribit: In o pductā desinētia græca sūt foeminina: & græce declianē. ut Māto Mātus: uel addita nis faciūt gr̄m: ut dido didōis: calypso onis: io ionis. Vsus opus mouet hoc: usu

Chiron

Præficere

Facet cupidinis

Hesiodus Ascra clio musæ Thespiades

Clius gr̄s Græcus

Ille quidem ferus est: & qui mihi saepe repugnat
Sed puer est atas mollis & apta regi.
Phillyrides puerum citharæ præfecit achillem.
Atque animos molli contudit arte feros.
Qui totiens socios: totiens exterruit hostes:
Creditor anolum pertimuisse senem.
Quas hec tor sensurus erat: poscente magistro:
Verberibus iussas præbuit ille manus.
A eacida chiron: ego sum præceptor amoris:
Sæuus uterq̄ puer: natus uterq̄ dea.
Sed tamen & tauri ceruix oneratur aratro
Frenaq̄ magnanimi dente teruntur equi.
Et mihi cædet amor: quāuis mea uulneret arcu
Pectora: iactatas excutiātq̄ faces:
Quo me fixit amor: quo me uiolentius ussit:
Hoc melior facti uulneris ultor ero.
Non ego phoebe datas a te mihi mentiar artes:
Nec nos aereæ uoce monemur auis.
Non mihi sunt uisā clio: cliusq̄ sorores
Seruantī pecudes uallibus ascra tuis.
Vsus opes mouet hoc: uati parete perito.

& experientia. doctus hæc canto: quidā legūt usus monet hoc: ut sit utilitatis cā hæc scribo. superior sententia magis placet. Cæptis mater amoris ades. uenerem Inuocat. Este procul uittæ tenues: re uicit matronas castissimas: quas tenui uitta & instita denotat: Sic alibi: Ecq̄ ab hac oēs rigida submo uimus arte Quas Stola cōtingi sūptaq̄ uitta uetat: & Tibullus: Sit mō casta doce: quis nō uitta ligatos Impediat crines: nec Stola lōga pedes: Stola aut ut Marcellus scribit: matronæ utebant ad imof pedes: quā instita affuta: hoc est tenuissima fasciola abibat: hæc nonnulli Limbū appellat. Venerē tū tam: ignobiles foeminas. ad quas ē aditus tutus: quū e diuerso ad nobiles periculo sus sit. unde dixit Horatius i sermōib: hic se p̄cipitē testō ddit: ille flagellis Ad mortē cæsus: fugiēs hic decidit acré Predonū iturbā: dedit hic p̄ corpore nūmos: Hunc p̄mīxerūt calones: quin etiā illud Accidit: ut quidā testes caudāq̄ salacē Dementer ferro. Cōcessaq̄ furta: coitus lege p̄missos: & aditu faciles: Intelligit aut nō mō i genuas mulieres & ignobiliōres: sed et libertinas: d̄ quibz et Horatius ita scribit. Tutior at q̄to merx ē i classe scda Libertinaz. furta aut p̄ coitu posuit. Sic maro. Vulcani uenerisq̄ dolos & dulcia furta. Principio qd̄ amare uelis. Tria sese docturū eē amātes p̄pōit: p̄mo iueniēdā eē amicā: Deinde blāditiis alliciēdā: Postremo diutius cōseruādā i amore p̄cipit Miles: amator & miles cupidinis. Amore enī Militiæ speciē appellat Ouidius: & amātes milites amoris. In noua arma: in nouā militiā amoris tāq̄ tyro: uel nouus i arma p̄ figurā. Proximus labor. secundus labor: Cicero. Proxima erat hortēsi sentētia. Huic labori scilicet iueniēdæ puellæ. quā ames. Exorare. precibus & blanditiis tibi morigerā reddere. Tertius ut longo: ut amor diutius conseruet. Hic modus. hæc mēsurā. Nostrō curru. nostris præceptis: est enim Similitudo ab auriga sumpta. Signabitur area. describetur spatium operis. sicut in area aurigæ currentes solent currendi spatia designare. & eligere: Area autem est locus purgatus: cylindroq̄ consolidatus: ubi frumentum trituriunt: cuius formam Varro describit: dicta ab ariditate: q̄ exaruerit & non possit quicquam generare: ut scribit Pompeius: Sed in urbibus eas dicimus quas græci plateas appellant. Liuius. Ea est Area ante telluris ædem. Hæc erit admissa meta: currendum erit p hoc spaciū: persistit adhuc i metaphora aurigæ: Metæ aut formā Nestor apud homez libro. xxiii. iliados itaq̄ describit: Extat lignū aridū ulnæ longitudine supra terrā siue quercus siue tilia (neq̄ enim imbre fatiscūt) duo aut utriq̄ lapides albi: & ob tritū iter firmissimi: planus circū Hippodromus: id quidē alicuius iā pridem desuucti terminū uel carceres a maioribus institutos arbitror: quod nūc huic mneri Achilles destinauit: ut meta sit: hæc tu cūrribus propius actis pete: incumbē in sinistra flectens: Dextrum autē equū stimulo et uoce proterea: læuus metæ propinquet: & radens Metā stringat: & tñ ad lapidē non offendat. ne forte & equi lædanē & franganē currus. Admissa rota: admoto uel celeri curru. Ouidius in met. Admisso. sequitur uestigia passu. & Valerius Maximus. Noctē admisso equo theanā cōtēdit. Dū licet. dum nihil tibi obstat: uel dū fas est per ætatē: nā senē nō decet amare: ridet enī ab oibus: Tibullus. Hunc puer: hunc iuuenis turba circūterit arcta Despuit in molles & sibi quisq̄ sinus: aut certe dum nullo es alio amore irretitus. Loris solutis. amota omni aliā curā. Elige cui dicas. elige puellam. quæ tibi placeat. Scit bene uenator. uenatoris exēplo quærendam esse puellam docet. Aucupibus noti frutices. scit quoq̄ auceps aues in fruticibus uersari: Est autē Frutex qui ad iustam arboris magitudinē nō assurgit: De frutice legito Theophrastū i p̄rio. Qui cōtict hamos. p̄phrasit ē piscatoris. Lōgo amori: diu duraturo. Daſ uela. nō

Vitta
Stola:
Instita
Limbū

Vera canam: cæptis mater amoris ades.
Este procul uittæ tenues: insigne pudoris.
Quæque tegis medios instita longa pedes.
Nos uenerem tutam: cōcessaq̄ furta canemus.
Inque meo nullum carmine crimen erit.
Principio: quod amare uelis: reperire labora:
Qui noua nunc primum miles in arma uenis:
Proximus huic labor est: placidā exorare puellā
Tertius: ut longo tempore duret amor:
Hic modus: hæc nostro signabitur area curru.
Hæc erit admissa meta tenenda rota.
Dum licet: & loris passim potes ire solutis:
Elige: cui dicas: tu mihi sola places.
Hæc tibi non ueniet tenues delapsa p̄ auras.
Quærenda est oculis apta puella tuis.
Scit bene uenator: ceruis ubi rætia tēdat.
Scit bene: qua frendens ualle moretur aper
Aucupibus noti frutices: qui sustinet hamos:
Nouit: quæ multo pisce natentur aquæ
Tu quoq̄ materiam longo qui quæris amori:
Ante frequens quo sit: discere: puella loco.
Non ego quærentem uentis dare uela iubebo.

Area
Metæ.
Forma
Admissū.
Frutex.

est inquit longius nauigandū: ut puellā inuenias quē admodum fecit paris: qui (ut tradūt poetæ) su adente uenere: q̄ pro se iudiciū tulisset in ida: ut Apuleius in met. ostendit: in græciā nauigauit: He rodotus tñ aliā huius nauigatiōis cām fuisse ostēdit. Longa terēda uia est. nō ēt pagrāda erit terra ut fecit Perseus: Qui a Polydeste Magnetis filio ad gorgonas missus Andromedē inuenit in litto re ceto expositā crimine matris Cassiope: quæ ausa ē nercidibul se pulchritudine præferre: eamq̄ liberauit. ut in met. docuit Ouidius: Quare ab Andromede nō minorē animi beniuolētiā p benefi-

Perseus

Ioppe

Indi Aethio pes

Gargara.

Metymna

Porticus Corinthia

Porticus Persei

Porticus Pompeia

Sol inleone:

Nec tibi: ut iuenias: longa terenda uia est.
Andromeden perseus nigris portauit ab indis.
Raptaq; sic phrygio graia puella uiro.
Tot tibi nanq; dabit formosas roma puellas:
Hæc habet: ut dicas: quicquid in orbe fuit:
Gargara quot segetes: quot hēt m̄thymna racēos
Aequora quot pisces: frōde teguntur aues.
Quot cælum stellas: tot habet tua roma puellas:
Mater & æneæ constat in urbe sua.
Seu caperis primis: & adhuc crescētibus annis.
Ante oculos ueniet uera puella tuos.
Siue petis iuuenem: iuuenes tibi mille placebunt
Cogeris uoti nescius esse tui.
Seu te forte iuuat fera: & sapientior ætas:
Hoc quoq; crede mihi: crebrius agmen erit.
Tu modo pompeia lentus spatuare sub umbra:
Cum sol herculei terga leonis adit.

cio accepit. nā neq; pater Cepheus Aethi opum rex: nec Cassiopea mater: ab ea potuerūt impetrare: quin parētes ac patriā relinquēs perseus sequeret: higynius auctor: Nigris portauit ab indis. In Ioppe quæ ē i palestina ante diluuiū cōdita: ubi cepheus regnauit: id factū fuisse prædicat unde (ut Mella scribit) Incolæ beluæ Marina ossa ostētāt i mania uestigiū seruatae Andromedæ: Idē Strabo. Josephus. & Plinius scribūt: Ouidius uero id i aethiopia fuisse asserit: idē sēt Higynius: nigris autē hoc est fuscis solis ardore. Sic & Sappo placuit cepheia pseo Andromedæ priæ fusca colore suæ. Sunt enī Indi auctore herodoto)atū ut ēt Aethiopes. & eorū quoq; genitura atra. qualis corporū color: Indos autē p Aethiopibus posuit: ut Vergilius: Sola india nigrū fert hebenū: ubi Seruius dicit india p omni plaga aethiopia accipiēdā eē. quīs Plinius aliter sese rit: De aethiopibus legito Herodotū i tercio. & septimo libro. Quicquid i orbe fuit: romæ dices eē omnes orbis puellas: Gargara quot segetes: Gargara (ut scribit Macrobius) sunt in Misia: quæ est helleponti prouincia: Sed Significatio nominis & loci duplex est: Nam & cacumen montis idæ: & oppidum sub eodem monte hoc nomine uocatur: hic autē pro oppido accipitur frugū feraci: sicuti est tota Misia ob humorem soli: Vergilius. Ipsa suas mirantur Gargara messes Methymna racemos. Methymna (ut Strabo scribit) est urbs lesbiorū: i q̄ uinū optimū nascitur. Vergilius. Quā Methymneo carpit d' palmite lesbos Mater & æneæ. uenus æneæ mater romæ sedē habet: ex quo ostēdit lasciuas eē romanas mulieres Seu caperis primis: hāc Horatius cōparat ceruino filio ætate naturaq; pauido & quærenti matrē q̄ perdidit: Siue petis iuuenem. maiorem natu puellā Cogeris uoti nescius eē tui: ignorabis q̄ nā ex tam multis puellis eligendā sit Sera & sapientior ætas. eas intellige quæ annū tricesimū excedunt. Tu modo pōpeia. Porticus olim romæ erigebantur ad inambulationes & umbras: Inter cæteras maximæ fuit Admiratiōis Porticus Corinthia ad circū Flāminium erecta a Cneo Octauiō: ita appellata propter æs corinthiū: quod erat in columnis: Eadem dicebatur Porticus Persei: ubi erat Tabula picta habens lacedemonē & Eurotam fluuuiū: Fuit et Pompeiana Porticus i campo Martio ingēti sumptu ædificata: & (ut scribit Plinius) clara pictura Antiphlii pictoris: qui Cadmū & Europen pinxit. Martialis: Inde petit centum pēdētia tēcta columnis Illic Pompeii dona nemus q̄ duplex. Sane Pompeius: & Diuus Cæsar: & Octauianus. & eius filii: & familiares. & uxor: & soror urbē ædificiis ornarūt: ut Strabo docet. Quū sol herculei: Quū sol est in leone: Sol enim terciodecimo calendis augustas (ut in. xii. docet columella) in leonem transitū facit: Designat autem æstatē Sol enim ab ariete incipiens uer ostendit: & Taurum & geminos transiens idem significat: Sed iā capitibus geminorum circulum æstiuum tangere uidetur: Et per cancrum & leonem transiens: & uirginem æstatem efficit: Et rursus a uirginis extrema parte transire ad æquinoctialem circulum perspicitur: In libra autem æquinoctium conficit: & Autumnum significare incipit: Ab hoc signo transiens ad Scorpionem & sagittarium: Deinde protinus incurrit ad hiemalem circulum: & a Capricornio. aquario: piscibus. hiemem transigt: auctor Higynius. Leonis herculei. Nemeæum leonē dicit: quem hercules (ut higynius docet) inermis occidit: & inter sydera collocatus est. Aut

ubi muneribus: Sunt qui intelligant de Templo concordia: quod ædificauit Liua Germanici mater. cuius meminit Ouidius i fastis: Id postea a Tyberio dicatum scripsit Suetonius: Mihi magis placet intelligas de Portici octauia: Theatro Marcelli filii proxima: Nam (ut Suetonius scribit) Augustus qdā opera sub nomine alieno nepotū scilicet & uxoris fororisq; fecit: ut Porticū Basilicæq; Lucii & Cui: Itē Porticus Liuiæ & Octauia: Theatruq; Marcelli: Hæc clara erat picturis Antiphlii qui Hefionā nobilem pinxit & Alexandrū ac Philippū cū Minerua: Et Androbii: qui pinxit hercu-

Porticus Octauia

Aut ubi muneribus nati sua munera mater
Addidit: externo marmore diues opus
Nec tibi uitetur: quæ priscis sparfa tabellis
Porticus: auctoris liuia nomen habet.
Quæq; parare necem miseris patruelibus ausa
Belides: & stricto barbarus ense pater.
Nec te prætereat ueneri ploratus adonis:
Cultaq; iudæo septima sacra uiro.

lem ab coeta mōte exusta mortalitate cōsensu deog: in cœlū euntē: Laomedontis circa herculē & Neptunum historiam.

Marmora Peregria

Externo Marmore: Peregrina Marmora elaconia. Armenia. Phrygia. Numidia. Paro. ægypto. atq; Caristo aduehebatur: ut Plinius docet. Iuuenalis Græcis loq; petitis Marmoribus. Priscis tabellis: Antiquog; pictorū clarissimis picturis quæ i porticibus locabantur. Liua nomen habet: Porticus Liuiæ meminit Ouidius in fastis eo carmine. Disce tamē ueniens ætas ubi Liua nunc est Porticus imē sã tēcta fuisse domus In Area huius do-

Porticus Liua

musfulmine icæ Liuiā Porticum ædificatam scribit etiā Suetonius. Quæq; parare necē: Porticū apollinis Palatini intelligit: nam (ut Tranquillus scribit) Augustus Templum Apollinis in parte Palatina domus excitauit: cui addidit Porticus cū bibliotheca græca latinaque: In ea erant imagines Danaidū quinquaginta: Ouidius in tristibus Ducor ad itonfi cādida templa dei: Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis Belides: & stricto stat ferus ense pater: & Proptius. Inter quas Danaï scemina turba senis: Danaus autē quinquaginta habuit filias: cuius quū frater ægyptus totidē filios haberet: peteretq; ab eo: ut filias illis in matrimoniū daret: Danaus q; ab oraculo acceperat fatū sibi agenero iminere: diu id recusauit: coactus tandē a fratre: nuptias celebrat: Puellæ acceptis a patre gladiis ut iussū erat prima nocte uiros occiderunt: Sola hypermestra linū maritum seruauit: unde eas torqueri apud inferos fabulantur poetæ: Ouidius in Ibim. Quæq; gerunt humeris perituras Belides undas Exulis ægypti turba cruetā nurus: & Tibullus. Et Danaï ples ueneris q̄ rumia læ sit In caua lætheas dolia portat aquas. Miseris patruelibus: miseris maritis Sunt enim patruels: qui ex fratribus nascuntur. Belides: Danaides: est enim patronymicum ab auo deductum: Belus enim pater fuit Danaï & ægypti. Stricto ense: nunc gladio: Nec te prætereat: Intemphis adulteria exerceri solita docet Iuuenalis: qum ait. Nam quo non prostat foemina templo: Intelligit autem hic Ouidius de templo ueneris: quæ ritu assyrio romæ colebatur cum Adone maxima ueneratione: Ea enim apud Assyrios siue phoenicas lugēs i ducitur: cuius rei causam assignat Macrobius: Idem etiam refert simulacrum eiusdem deæ in monte libano fingi capite obnupto: specie tristifacient manu leua intra amictum sustinens: lachrymasque uisione conspicientum manare credi: Strabo etiam refert in cinyræ regia Byblo Adonidis templa fuisse: eamque urbem tyrāno oppressam. fuisse a Pompeio liberatam: De Venere nullam facit mentionem: Iuuenalis quoque ostendit gentem ex oronte qui fuit inter libanum & Antilibanum iam pridem romam peruenisse: quū ait. Jam pridem in tyberim Syrus defluxit orontes: Et linguam & mores & cum tibicine chordas Obliquas nec non gentilia tympana secum Vexit: & ad circum iussas prostare puellas: Fuit autem Adonis filius regis Cinyræ: & Myrrhæ eius filia: quem ardentissime amauit Venus: sed ab apro uulneratus in terit non sine deæ luctu maximo: is deinde in florem mutatus est: ut docet Ouidius in metamorphosi. Est sane Adonis (ut docet Seruius) numen coniunctum ueneri: ut Virbius Dianæ: Matrideum Attis: Mineruæ Erichthonius. Cultaque uideo: Cerimonias iudaicas accipe: ad quas confluebant romæ puellæ: Sed eas Tiberius postmodum compescuit: Vnde Suetonius ita scribit: Ex ternas cerimonias ægyptios. iudaicosque ritus cōpescuit: coactis qui superstitione ea tenebantur religiofas uestes cum uestimento omni comburere: ludæorum iuuentutem per speciem sacramenti in prouincias grauioris cœli distribuit: Reliquos gentis eiusdem uel similia sectantes urbe summo uit sub poena perpetuæ seruitutis nisi obtemperassent: Iuuenalis etiam patres arguit: qui superstitionibus iudeorū filios ibuebāt Septima Sacra: Cerimonie iudeog; q̄ siebāt septimo quoq; die: quæ ludæi Sabbatū appellāt: Latini uero Saturni diē: Sabbatū enī (ut Iosephus scribit) regē significat: q̄ septimo die deus genuit mūdo cōstruō: Apio uero ita appellatum scribit: qm̄ iudæi labore fessi eo

Porticus Apollinis Palatini

Danaus & ægyptus

Patruels

Venus Assiria

Adonis

Cerionia: Iudaica

Sabbatū

die dolore splenis correpti sūt: a sabbo qđ splenē significat: Alii scribunt Mosē Iudeorū ducē mon-
tē synai occupasse: i quē uenerat p. deserta arabiae magna fame & siti: iuēto frumētō & aqua septi-
mo die recreati sunt: unde Sabbatū: id est diem quietis dixerūt: qđ i oē annū ieiunio a Mosē factus
est: auctor Trogus: hūc autē diē adeo supstitiose seruabāt iudei: ut eorū munitiones Pompeius cō-
perit obseruato ieiunii die: quo ab omni opere abstinēt: auctores Strabo & Iosephus. Nec fuge ni-
liacae: Tēplū Isidis dicit: quod fuit p̄ximū ei capō: qui erat cōiunctus capō Martio: Iuuenalis. Isidis

Templū
Isidis

Mēphis:

Forum
Triplex.

Appia
Aqua:
Via
Appia.

Aedes ue-
neris Ge-
nitricis:

antiquo quae p̄xima surgit ouili: & Mar-
tialis. Hic quoq; deceptus mēphitica sa-
cra frequētat Assidet & cathedris moesta
iuuēna tuis. Huius deae sacra celebrabāt
quotānis a mulieribus decē cōtinuis die-
bus. ut ostēdit Propertius: ubi saepe nume-
ro scortatiōes: & lenocinia parabat. Iuue-
nalis. Aut ap̄d Isiacae poti⁹ sacra lenae:
Mēphitica sacra: aegyptia accipe: Mēphis
enim urbs ī angustis aegypti sita fuit: cō-
ditāq; a Mine primo rege aegyptiorū. ut
docet Herodotus: Diodorus tñ ita scri-
bit. Mēphis dicta est a filia conditoris og-
doi regis: cū qua nilus sub imagine tauri
dicitur concubuisse: ex qua is postea na-
tus est: quē ppter uirtutē incolae aegyptū
dixere: a quo & regio omnis denominata
est. Tuuēnae niliacae: Isidis: quam Iu-
no mutauit in uaccam ut Ouidius do-
cet: niliacam autē aegyptiam accipe a Ni-
lo flumine aegypti: unde romam eius
sacra aduecta fuere: quae longo carmine execratur Propertius cum ipsa dea: Alii legunt linigerā:
qđ sacerdotes isidis lino tecti sacra deae celebrabant: quorum habitū & pompā luculentissime descri-
bit Apuleius in met. Multas illa facit. multae illic subagitantur: unde Iosephus libro. xviii. antiq̄-
tatis iudaicae scribit: iuuenē quendā nomine Mundū miro cōmētō concubuisse cū Paulina romana
in tēplo Isidis: Quod fuit ipsa ioui. nā lo: quae postea Isis dicta fuit a ioue cōpressa est: Et fora cōue-
niunt. Romae forū Caii Caesaris fuit: quod ēt latiū dicebat: Papinius. Quae sup̄ imposito molles gē-
mata colosso Stat latiū cōplexa forū: & alibi: Latiae quae cōtra tēpla diones Caesaris stat sede fori: Al-
terū dicebat romanum uel uetus: Martialis. Romanū propius diuitiūsq; forū est: Tertiuū extruxit
Augustus cū aede martis ultoris: Suetonius: Fori extruēdi cā fuit hominū & iudiciorū multitudo
quae uidebatur nō sufficētibus duobus. etiā tertio indigere. Foro arguto. frementi litigantiū uo-
cibus. Subdita quae ueneris. Appia aquā dicit: Nā Appius Claudius (ut Iuuius refert) in cēlura uiam
muniuit: quae a porta latina. siue Capena: quā ēt Fontinalē Pōpeiū appellat: Brūdūsiū usq; (ut do-
cet Strabo) ducebat: Papinius: Est locus ante urbē: qua primū nascit ingens Appia: quaeq; italo gē-
mitus almōe cybelle Pōit: Idē quoq; Aquā appiā ī urbē iduxit: a quo ita appellata mox fuit: De qua
ita scribit Frontinus: Cōcipitur Appia ī agro luculano. uia praenestina inter miliarū. vi. & viii. diuer-
ticulo sinistrorsus passuū. dclxxx. ductus ē: Habet lōgitudinē a capite usq; ad salinas: qui locus. est
ad portā Tergeminā passuum. xi. miliū. cx. sursum. xi. miliū. cxxx. supra terrā subtractio. & arcuatā
proxime ad portā Capenā passuum. lx. Facto de Marmore. Nā in foro. C. Caesaris erat aedes uene-
ris Genitricis: quam fecit Archelaus: sed festinatione dedicādi reliquit ī p̄fectā: erat praeterea prope
uiā sacrā tēplū Veneris cloacinā: & in capitolio aedes ueneris caluae: & apud Portā colinā tēplū uene-
ris Erycinā: cuius in fastis meminit Ouidius. Appia aqua ab appio cefore eo ducta: ubi postea fo-
rū caesar extruxit. Expressis: eiaculatis: emissis. Aera pulsat. aqua enim e fontib; in altū erumpens
aerem ferit. Cōsultus. iuris peritus. Aliis cavit. reos defendit. Desunt sua uerba. nescit iurispe-
ritus uti apud amicā eloquentia: qua in foro uti solet. Resq; nouae. nouae causae nō iudiciales: sed a
moris. Sed tu praecipuae. Foeminae ad spectādos ludos ex omni urbis parte in theatrū decurrebāt
Iuuenalis. Cuneis an habēt spectacula totis Quod securus ames: quodq; ide excerpte possis. & Pro-
pertius. Tu neq; Pompeia spatia bere cultus in umbra: Nec quū lasciuū sternet harena forū. Colla
caue Insectas ad summum obliqua theatrum. Venare. Tanguam uenator amicam inqui-
te. Curuis theatris: Curuum theatrum appellat propter formam hemicycli: quā obtinebat
ut Cassiodorus scribit: Voto fertilia tua: in teatro uberior est puellarum copia: qđ posses cupere.

Neu fuge niliacae memphitica sacra iuuenca:
Multas illa facit: quod fuit ipsa ioui.
Et fora conueniunt: quis credere posset: amor
Flammaq; in arguto saepe reperta foro est.
Subdita quae ueneris facta de marmore tēplo est
Appias expressis aera pulsat aquis.
Illo saepe loco capitur consultus amore:
Quiq; aliis cavit: non cauet ille sibi.
Illo saepe loco desunt sua uerba disertio.
Resque nouae ueniunt: causaq; agenda sua est.
Hunc uenus e templis: quae sunt continia: ridet.
Qui modo patronus: iam cupit esse cliens.
Sed tu praecipue curuis uenare theatris
Haec loca sunt uoto fertilia tua.

Thyma summa: sumas ptes thymi. ē. n. thymū herba apibus gratissima. Vergilius. Nerine galathea
thymo mihi dulcior hyble. Floret circa solstitia: quā & apes decerpūt: & auguriū mellis ē: puētū enī
spant apiarū florēte eo. Primus sollicitos: a romulo primū ī teatro coepisse lasciuā licētā osten-
dit. Ludos sollicitos: inquietos & curarū amoris plenos: Confualia designat: quibus Sabinā raptā
sunt: nota ē historia a Liuiō Dionysio & Plutarcho celebrata: quā ēt in tertio fastorū luculentissime
describit Ouidius. Tūc neq; marmoreo. Vela ī theatris umbrā fecere: quod p̄m⁹ oīum iuenit. Q.

Illic inuenies: quod ames: quod ludere possis:
Quodque semel tangas: quodq; tenere uelis
Ut redit: itq; frequens longū formica per agmen
Granifero solitum dum uehit ore cibum:
Aut: ut apes saltusque suos: & olentia nocte
Pascua per flores: & thyma summa uolant:
Sic ruit in celebres cultissima foemina ludos.
Copia iudicium saepe morata meum est.
Spectatum ueniunt. ueniunt spectentur ut ipsa.
Ille locus casti damna pudoris habet.
Primus sollicitos fecisti romule ludos:
Cum iuuit uiduos rapta sabina uiros.
Tunc neq; marmoreo pendeant uela teatro.
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.
Illic: quas tulerant nemorosa palatia: frondes
Simpliciter posita: scaena sine arte fuit:
In gradibus sedit populus de cespite factis:
Qualibet hirsutas frondē tegente comas.
Respiciunt: oculisq; notat sibi quisq; puellam
Quam uelit. & tacito pectore multa mouet.
Dūq; rudem praebente modum tibicine thulco

Caruluf: quū capitolū dedicaret: Car-
basina deinde uela primus in teatro
duxit lentulus Spinter Apollinarib;
ludis: Mox caesar totū forū romanū ī
textit: uiaq; sacrā ab domo sua ad cliuū
usq; in capitolū. Auctor Plinius.
Pēdebāt sic & ppertius. Nec sinuosa
cauo pēdebāt uela teatro. Marmo-
reo teatro. Theatra nō ex n. armore
structa erant. ut postea theatrū Pōpeiū
māsurū: et M. Scauri theatrū opus ma-
ximū oīum: quae unq; fuere hūana ma-
nu facta: scaena fuit ei triplex altitudie
ccc. lx. columnarū: Ima pars scaenae e
marmore fuit: media e uitro: summa ta-
bulis inauratis: Colūnae imae duode-
quadragenū pedū: Signa aerea iter co-
lumnas fuerūt tria milia numero: Ca-
uea ipsa coepit hominū. lxxx. milia. Au-
ctor Plinius. uerū prius subitariis gra-
dibus & scaena in tēpus structa ludos
edi solitos: & si uetustiora tēpora repe-
ramus statē populū spectauisse scribit
Tacitus libro. xiiii. Nec fuerāt liqui-
do. Croco trito & mero infuso uase ui-
treo. qđ Martialis Nimbū appellat:
spargebat theatra populo nimia opu-
lētia luxuriate ut testis ē Plinius: Qui-
dus in fastis. Nec fuerāt rubri cognita fila croci. & p̄ptius Pulpita solenes nō oluere crocos. Illic
q̄s tulerāt: Scaena p̄us frōdib; epalatio mōte decerpis ornabat: At postea claudio Pulcher scaenā ua-
rietate colorū adūbrauit uacuis ate picturā tabulis extēta: quā totā argēto. P. Antōius: Auro Petre-
ius: Ebore. Q. Claudius praetexuit: Versatilem fecerunt Lucius & Cina locū: quē argētatis coragiis
P. lentulus Spinter adornauit: auctor Valerius Max. Scaena autē (ut seruius docet) in umbratio iter
praetā: qđ a rusticis primū inūbratōis cā reperta fuit ad carmina decantanda: sed postea theatri pars
ita appellari coepit ē: theatrū enī (ut Cassiodorus tradidit) erat ī hemicycli specie: cuius frons. quae ue-
lut chordā inter arcus cornua patet scaena appellatur. Qualibet hirsutas. coronā frondē gestabant
maiores ī spectādis ludis: postea tāta inoleuit luxuria: ut ēt rosacea coeperint uti: unde Plinius scribit
.L. Fuluiū Argētariū bello punico secūdo quū corona rosacea iter diu e pergula sua ī forū p̄spexis-
set. ex auctoritate senatus ī carcerē adductū nō ante sinē belli emissū ē. Comas hirsutas. quia ro-
mani antea intōsi fuerūt. Horatius. Nō ita Romū p̄scriptū & intōsi catonis auspiciis ueterūq; nor-
ma: Et Varro in re rustica. Olim tōsores nō fuisse significant antiquorū statuae: qđ plerāq; habent ca-
pillū & barbā magnā: sed tōsores (auctore plinio) ī italiā ex sicilia uenere post romā cōditā āno. cccc.
.liiij. adducēte. P. Ticinio mena. Respiciunt. iustrāt & iquirūt quā rapiāt. Tacito pectore: tacēdo
enī cogitabāt. Rudē modū: rudē modulatiōnē: nā dum praecinūt rudes uident: uel fortasse rudib;
adhuc huius artis hetruscis: quia nōdū tā inflexa aia sono: nec tā pluriformi mō: nec multiformi ti-
bia utebāt. Tibicine tusco quia ex hetruria uenerāt tibicines: quoq; sacrificae tibiae ex buxo fiebant:
ludicrae uero ex loto arbor: Deide ex ossib; asininis: postea ex argēto: sane Tibicē penultimā p̄ducit:
qđ sineresis facta ē duog; ii breuiū ī lōgā: quā ī reliq; corripit: ut cornicē & fidicen: auctor Priscianus:
Martialis. Ebria nos madidis rūpit Tibicia buccis: Tibiaq; musica Plutarchus ī apollinē refert Alcei
testimōio: At Plinius obliquā tibia midae Phrigio: Gemias tibiae Marsiae tribuit: Apuleius Hiagnim
Marsiae patrē dicit ī canēdo māus discapedinasse: p̄mū duas tibiae uno spiritu aisse: p̄mū lauis ac de

Thymū
Confua
lia
Vela ī the
atris

Theatra
Marmo-
rea.

Vino spar-
gebantur
theatra
Nimbūm

Scaena
Theatru

Intensi
Romani

tibicines
tibicen
tybiage
musica

Ludius seu **Histrionis** foraminibus acuto tinitu & graui bombo concentum musicum misuisse: **Lydius æquatam:** Ludius seu Histrion exheturia accersitus. Ducunt enim a Lydiis originē hetrusci: Valerius Max. de Histrionē ita scribit: eaq; res ludiū ex heturia accersedi cām p̄buit: cuius decora p̄nicitas uetusto ex more cūretum lydorūq; a quib; hetrusci originē traxerūt: nouitate grata romanorū oculos p̄mulsit. Et quia ludius apud eos histrion appellabatur: scenico nomen histrioni inditum ē: lydia etiā musica a lydia prouincia appellatur: cuius auctor fuit Amphion: ut Plinius docet: Ea erat querula: Apuleius: Seu tu uelles colion simplex: Seu Asium uariū: Seu lydiū que rulu: seu phrygium religiosū: Seu do rium: bellicosu. **Terpede pulsat humum:** gesticulationē motu pedū edidit. **In medio plausu:** in media populi plaudentis lætitia. **Rex populo p̄dā:** Romulus signū dedit rapiēdi uirgines Sabinas: quod (ut docet Plutar chus) erat: quādo assurgēs ipse: qui cū optimatibus purpura idutus sedebat: purpurā in sinus contraheret: ac rur sus cōtractam explicaret. **Protinus exiliunt:** q̄primū discurrūt ad rapiē das uirgines. **Ut fugiūt aquilas:** Idē i met. Sic aquilā p̄na fugiunt trepidā te colūba. **Sine lege: sine ordine.** Nā timor unus erat: oēs pariter time bāt: Raptæ autē Sabinæ fuerūt nūero triginta: ut nonnulli dicunt: a quibus & curias nūcupatas uolunt: Valerius Antias. cccc. xxvii. fuisse scribit: Iubas autē sexcentas. auctor Plutarchus. **Facies nō una timoris:** quia aliā aliā timoris faciem ostēdebant. **Genialis p̄dā:** generandis liberis parata: Ver gilius. Lucent genialibus altis Aurea fulcra thoris: Aliter uero ab eodē di citur innitat genialis hiems. hoc ē uo luptuosa. **Atq; ita quid teneros:** Li uius quoq; docet romanos precib; quæ maxime ad muliebre ingeniū ef ficaces sunt: Sabinas raptas concilia se. **Solēnia theatra:** in quibus so lēnes ludi exhibentur. **Insidiosa manent:** ex eo tempore quo raptæ sunt Sabinæ: semper in the atris paratæ sunt puellis ab amantibus insidiæ. **Nec te nobilium:** sunt qui hoc ad equiria tan tum referendū putēt: quæ fiebāt quito idus apriles i circo Maxio iter Palatinū & Auētinū: de quib; i fastis meminit Ouidi. his uersib;. **Circus erit pōpa celebrer numeroq; deorū:** Primaq; uetofis palma petef equis Hic cereris ludi nō ē opus idice causā: Magis placet itelligas de ludis oib; qui fiebāt i circo. Inter quos ē Megalefiaci: qui i honorē magnæ matris celebrabant magna hoinū frequētia: Megalefia aut (ut Varro docet) sunt appellata a tēplo magnæ m̄ris Megalefio: unde ex libris Sibyl linis romā fuit aduecta: De Megalefiaci ita scribit Iuuenalis: Interea Megalifiacæ spectacula Map pæ Idæū solēne colit: similisq; triumpho Predo caballoꝝ p̄tor. sedet: ac mihi pace Immēsā nimiaq; licet si dicer plebis Totā hodie romā circus capit: & fragor aurē Percutit: euētū uiridis quo colligo p̄ni: Nā si deficeret mœstā attōitāq; uideres hāc urbē: Potes ēt ad ludos circēses referre: Nā tacitū scribit i ludis circēfibo p̄eros nobiles equis ludicrū troiæ inire solitos. **Multa cōmoda:** quia eo cōfluūt puellæ. **Circus habet:** circus dictus ē: q̄ circū metas pōpa ferebat: & equi currebāt: ut auctor est Varro: Tres autē Circo romæ fuisse legim; Maximū: Flaminiū uel Apollinarē: & Nerōis i uati cano: Cur autē Flaminiū ita fuerit appellatus: docet Plutarchus i problemat. Dispōebat autē Circus i formā spatii oblogi: & in sumitate circi carceres erāt: unde equi currib; iūcti ad cursū mouebant: & quū ad sumū deuenissent reuoluebant: donec ad priorē metā deuenirent: In circuitu uero specta

cula ædificabant: quibus patres atq; equites spectabāt: quæ a Liuiο fori appellantur. **Nil opus est digitis nō digitorū signis:** nō capitis nutu utēdū est: sed libero sermone: solēt enim amantes digitis plerūq; aut alio signo. amicæ significare qd uelint. **Nota: puellæ uoluntas:** quæ nota significat. **Proxim⁹ ad dominā:** Iuuenes in spectaculis prope puellas sedebāt: Iuuenalis: Spectēt iuuenes quos clamor & audax sponsio: quos cultæ decet assedisse puellæ. **Et bene te cogit:** sedēdi ordo & locus iungit te puellæ ēt si id ipsa nollet: lineā autē appellat lōgū sedēdi locū quasi quādam lineā: ueluti eā

Nil opus est digitis: per quos arcana loquaris

Nec tibi per nutus accipienda nota est.

Proximus ad dominā nullo phibēte sedeto:

Iunge tuum lateri: quā potes: usque latus

Et bene: te cogit: si nolit: lineā: iungi:

Qua tibi tāgenda est lege puella loci.

Hic tibi quæratu socii sermonis origo.

Et moueant primos publica uerba sonos.

Cuius equi ueniant: facito: studiose requiras.

Nec mora: quisquis erit: cui fauet illa: faue.

At cum pompa frequens certatibus ibit ephēbis:

Tu ueneri dominæ plaude fauente manu.

Vt que sit: in gremium puluis si forte puellæ

Deciderit: digitus excutiendus erit.

Et si nullus erit puluis: tamen excute nullum:

Quaelibet officio causa sit apta tuo.

Pallia si terræ nimium demissa iacebunt:

Collige: & immunda sedulus effer humo.

Protinus officii precium patiente puella:

Contingent oculis crura uidenda tuis.

Respice præterea: post uos quicumque sedebit:

Ne premat opposito mollia terga genu.

timēt. timēt. Atquū pōpa frequēs. q̄lis sit hęc pōpa in ludis Megalefiaci docet i fastis Ouidius his uersib;. Ibut semimares & iania tympana tūdet Aerāq; tinitus ære repulsa dabūt Ipe sedēs molli co mitū ceruice feretur Urbis per medias exululata uias Scēna sonat: ludicq; uocat: spectate grites Et fora marte suo litigiosa uacēt: De pōpa ēt huius deæ plura scribit Apuleius i ultimo met. Magis tñ placet hic intelligas de pōpa & turma puerorū: qui Troiam ludebāt in circo Maximo: Quod ludi crū a Iulio cæsare olim exhibitū fuisse Suetonius docet: Idē factitatū scribit ab Augusto & Caligula: ludi originē habes apud Vergiliū in quinto. **Certatibus ephēbis. uel pueris i ludo troiano pu gnātibus:** uel digladiantibus iter se cybeles sacerdotibus: qui (ut Apuleius scribit) erāt semiuiri effœ minati cinedi: qui brachia renudata gladiis securibusq; sibimet defecabāt: & moribus musculos in cursabant: & mēbra cædebant: flagro talis ouiu tesserato multinodis cōmulcabant icibus: Ephebia aut (ut scribit donatus) est prima ætas adolefcētiæ: Adolefcētia extrema pueritia. græci. n. eut ē au ctor censorinus in libro de die natali) Adolefcēntulorū tres faciunt gradus π̄α, Δ̄α uocat ānorū xiiii. Deinde Ephebon usq; ad .xvii. postea Exephebon. **Tu ueneri dominæ:** In pōpa Megalefiaca nō mō ipsā cybelē deferebāt i circū: sed alia quoq; numia: id qd ēt i pōpa cereris fieri solitū testat Ouidius i fastis & i amorib;: i his aut p̄ma uictoria præcedebat: spectatoresq; alii aliis numib; plaudebāt: Amātes aut ueneri potissimū assurgebāt: quā rē docet elegatissime Ouidius his uersib;. Sed iā pōpa uenit: liguis aīsq; fauete Tēpus adest plausus: aurea pōpa uenit. P̄ia loco fert sp̄ar̄is uictoria p̄nis Huc ades: & meus hic fac dea uicat amor Plaudite neptūo nimiu q̄ creditis undis: Nil mihi cū pelago: me mea trā tenet: & paulopost ita subseq;. Nos tibi blāda uēus. pueriq; potētib; armis Plaudim; icceptis ānue diua meis. Iubet ergo poeta: amatorē plaudef debet: quū i circū uen; dferē. **Pallia si trā:** Palliū supra tūcā gestabat a uiris & mulierib;. **Effer hūo. amoueas eloco imūdo:** Preciū officii.

Fori

Linea

Circēsiū
FactionesPompa
Megale
fiacaTroia lu
dus

Ephebia

Pallium

Puluinar Puluinus Plabellu. Scamna Ludi gladiatori. Appositio figura est: praecium inquit officii tui erga puellam erit q uidebis eius crura. Paruale ues capiunt animos: paruus huiusmodi officii conciliantur puellae: quas ideo dicit leues a ius habe res: quoniam sunt mutabiles. Vergilius. Varium & mutabile semper Foemina. Puluinar facili: Puluinus uel puluinus est quasi lectulus quidam quo utimur in sedendo. Cicero. Afferru iussit pul uinos. & omnes in suis sedibus sederunt. Significat etiam puluinus apud Plinium & Columella par tem eminentiorem terrae sulcum ex utroq latere sepientē: qui etiam lyra uocatur. Composuisse. comode aprasse: legitur & supposuisse.

Rosida dea: aurora. **Luciferos equos:** equos lucem ferentes. **Paphias myrtos:** ueneri dicatas: unde romæ ara uetus fuit ueneris myrtæ: quam Murtiā uocabant: **Liuius:** Ad Murtiæ datæ sedes De myrto plura legito apd Pli. i. xv. **Amethistos:** Amethistus color ē uiolaceus. ab amethisto gē ma appellatus: De quo Plinius hæc: Aliū Amethiston: qui uiola & ipse in purpureum: quemq; Ianrhinum appellauimus: quāuis falso in plerisq; codicibus hycinthinū quidā legi existimēt: De Amethistina ueste Martialis. Amethistina q; mulierū uocat uestes. **Threiciam ue gruem:** quā Maro Strimonā appellauit: Est. n. Strimō Macedonia terminus: quam a thracia diuidit: ad quam ætatis tēpore multæ aduolant grues. **Nec glandes amaryllitæ:** Alludis ad illud Maronis carmen Castaneasq; nuces mea q̄s amaryllis amabat: colorē aut eum designat: quē in castaneis uidemus. **Nomina cæra dedit.** cæruleū. n. a colore cære appellamus: color ē mediū inter uiridē & nigrū: ut docet Seruius. **Plures succos. plures colores.** **Elige certos. elige decentes colores.** Pulla decet niueas: nigra uestis candidā decet puellā. Pullū enī nigrū appellamus. unde pullati proceres: Quī rapta ē: uel ab Achille: diruta eius patria: uel ab agamemnone achilli erepta missis præconibus Taltybio: et Eurybate: qui eam deduxere inuitā. mœstā. & p̄ene ire recusātem. ut i primo iliados scribit Homerus: **Cephei.** Andromede filia cephei æthiopi regis. **Pressa seriphos.** uel a te calcata: & habitata: quū in eā delata es a Perseo: uel parū mari eminens: Est enim Seriphos parua insula cycladum una: i qua ea facta uulgant: quæ dicuntur i fabulis: Dicunt enim Diogen piscatorē in eam insulā arcam adduxisse rætibus: in qua perseus cū m̄re Danae positus tenebat: quos pater Acrisius i mar abiecerat: i ea educatū fuisse Perseū tradunt: qui cū caput Gorgonis allatum Seriphis ostendisset: uniuersos mutauit in lapides idē in matris uitionē: quia illis adiutoribus Seriphi rex Polydectes nuptiis inuitam adagisse constituisset: Adeo autē constat lapidosam eē seriphum. ut id inspecta gorgone obuuisse dicat: auctor Strabo: Ne trux caper iret in alas: ne male olerent alæ: in quibus hircū cubare prouerbium fuisse diximns: Alexander aphrodiseus scribit axillam ideo grauissime olere: q̄ spiramentis caret: graue aut odorem in his præcipuum esse propter putredinem: quæ ibi gignitur ob humiditatis moram: quæ nec dimouetur: nec exercetur: uirus aut alag; & sudores sedari. Aluminis docet Plinius libro. xxxv. Sed non caucasea. non doceo hæc foeminas barbaras & incultas. & montium icolas: Est enim Caucasus mōs ab India usq; ad taurū porrectus: qui pro gentium & linguarū uarietate quoquo uersum uadit. diuersis nominibus nuncupatur: Vbi autem ad orientem in excelso confurgit sublimitatem. propter niuium candorem Caucasus nuncupatur: nam orientali lingua caucisum significat candidum: auctor ptolemæus. Strabo scribit Macedonibus cum Alexandro in Indiam profectis caucasum uocatum esse: Solinus refert Montem Caucasum ab india incipere: & maximam orbis partem perpetuis iugis penetrare. **Myse caice:** Caicus (ut Plinius scribit) fluuius est phrygiæ a mysia ueniens. **Ne fuscet:** ne rubiginosos dentes esse patiatur. **Mane lauentur aqua:** ne rubiginem contrahat: aut uioletur halitus: quod fit ciborum ac dentium uitis: sed maxime senio: Vtile ē autem mero ante somnos colluere ora propter halitum: frigida aqua matutinis impari numero ad cauendum dentium dolores. auctor Plinius. **Inducta cæra:** superinducta cerusa: Martialis. Sic quæ nigrior est cadente moro. Cerusata sibi placet licoris: Colores autem quibus mulieres faciem uenustant: hi præcipui sunt: Cerusa: Terra chia. Selinusia. Melinum: & pur-

Murtia **Venus:** **Aemethistinus color** **Strimonia grues.** **Strimone** **Cæruleū:** **Pullum Pullatū** **Seriphos:** **Danae cū perseo reperta a Diēte** **Seriphi i lapides** **Ad sedandum alage uirus** **Caucasus Caicus** **Quo halitus uiolatur** **Colores ad faciem uenustad:**



Ad rarita
re superci
liorum:
Aluta
Alutarius
piscis:
Ad uenu
standos
oculos:
Sibia:
Melinum
Sinopsis:
Cydnus:
Esopum:
Mirones
duo:
Venus nu
da

purissimum: de quibus plinius multa: **Arte rubet.** superinducto scilicet fuce. **Arte supercilii:** foeminae calamistro & coloribus raritatem superciliorum emendabant: unde Plinius scribit **Vr** sino adipe misto ladano: & Iantho capillorum defluvia contineri: & raritatem superciliorum cum fungis lucernarum: ac fuligine: quae est in rostris earum emendari: quod notat etiam Iuena lis eo uersu: Ille supercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. Parua aluta. Parua tectorium: quasi quaedam pellis. Est enim Aluta mollior pellis: unde alutariu piscem apud Plinium le gimus: & in commentariis caesar scribit gallos uelis ex alutis tenuiter conse ctis uti solitos fuisse: Iuuenalis Alutam pro crumena posuit. **Nec pudor est** oculos: Cinere: & croco utebantur mu lieres ad uenustandos oculos: uteban tur etiam Sibia: Vnde in sacris litteris. Ezechiel inquit; Circumlinisti tibi ocu los tuos Sibia: & ornata es mundo mu liebri: de Sibia siue Sibia: utroque eni genere profertur) plura legito apud Plinium in libro. xxxiii. potes hic intelli gere de eo Aluminis genere: quod Me linum appellat Plinius ab insula Melo: id est combustum carbonibus donec cinis fiat. oculorum scabritias extenuat: uis enim e ius astringit. ob id oculorum uitiis aptissi mum esse Plinius docet: Plautus in mu stellaria: Neque cerusam. neque Meli num oportet attingere: Eundem usum praestat Sinopsis a Sinope urbe appellata: **Lucide cydne.** Cydnus fluuius est cili ciae quem a tauro ortum habere scribit Strabo: Alii ex alueo cobaspidis deriuari tradunt: ut docet Solinus: Tharsum li beram urbem procul a mari secat. in cili cia autem optimum crocum nascebatur: quo i uenustandis oculis utebantur. Est mihi quo dixi. libellum Ouidius compo suit de medicamine faciei: quem deside ramus: nam is: qui extat: non Ouidii esse quidam arbitrantur. **Laesa:** faciem laesa. & uiolatam habentes. **Hinc:** ex eo libello. **Pixidas.** uasa ex buxo. **Ars dissimulata.** uenustandi artem non detegendam esse praecipit. **Esopa** quid redolent. **Sordes** pecudum: sudorque foeminum alarumque adhaeren tes lanis Esopum uocant. Innumeros prope usus habent: in atticis ouibus genito palma fit pluribus modis: Sed probatissimum lana ab his partibus recenti concepta: aut quibuscumque sordibus suc cidis primum collectis: ac lento igni in aeneo uase sufferuefactis. & refrigeratis: pinguique quod supernatat collecto in fictili uase: iterumque decocta priore materia: quae pinguitudo utraque fri gida aqua lauatur: & linteo siccat: ac sole torretur: donec candida fiat: ac translucida: tum in stannea pixide conditur: Probatio autem ut sordium uirus oleat: & manu fricante ex aqua non liqueatur: sed albescat: ut cerussa: oculis utilissimum contra inflammationes: genarumque callum: auctor Plinius. **Signa myronis.** Myrones duos fuisse Plinius scribit. Alterum lycium poly cleti discipulum: qui floruit olympiade octogesima septima: Alterum uero eleuteris natum A geladis discipulum: Bucula eum maxime nobilitauit celebratis uersibus laudata: fecit & ca nem: & discobolon. & perseia. & cristas. & satyrum admirantem tibias: & Mineruam: Delphicos pentathlos: pancratiastas: Herculem qui est apud circum maximum in aede Pompeii magni. ut antea docuimus: fecit & cicadae monumentum & locustae. & Apollinem: quem a triumuiro An tonio sublatu restituit ephesiis Diuus Augustus in quiete monitus. **Pondus iners:** aes sine forma: **Colliditur aurum:** Malleo cuditur. uel liquefcit. **Nuda uenus:** Potes intelligere de ea uenere: quae

tut Plinius scribit) erat intra octauiae porticus in aede iouis: quae heliodorus: quod est alteru in ter ris symplega nobile lauante sese fecerat: ut no imerito poeta dixerit eam madidas comas expri mere: Magis placet loquatur de uenere praxitela nuda illa gnjdiam antecedente: & quaecunq; alium locum nobilitant: quae fuit in templo bruti callaici apud circū flamineū: cuius meminit ply nius. **Exprimit** imbre comas: tanqua exiens e mari. ex quo nata fertur: talem enim eam fecerat: qualem etiam appelles pinxerat. **Aptius a summa:** aptius inquit aspiciere ab amante: Quum ex tum fieret: lapis asper erat. nūc nobile signum: **Nuda uenus** madidas exprimit ibre comas. **Tu quoq;** dum coleris: dū te dormire putemus. **Aptius a summa** conspiciere manu. **Cur mihi nota** tui causa est splendoris in ore? **Claude fores thalami:** quae rude cogis opus: **Multa uiros** nescire decet: pars maxima rerum **Offendet:** si non interiora tegas. **Aurea quae** pendent ornato signa theatro **Inspice q̄** tenuis brachtea ligna tegat. **Sed neq;** ad illa licet populo: nisi facta uenire: **Nec nisi summotis** forma paranda uiris. **At non peccandos** coram praebere capillos: **Vt iaceant fusi** per tua colla uero. **Illo praecipue** ne sis morosa caueo **Tempore:** nec nexus sapere solue comas **Tuta sit ornatrix:** odi: quae sauciat ora **Vnguibus & rapta** brachia fixit acu. **Deuocet:** & tangit dominae caput illa: simulq; **Plorat ad inuisas** sanguinolenta comas. **Quae male crinita** est: custodem i limine ponat. **Ornetur bonae** semper in aede deae. **Dictus eram** subito cuidam uenisse puellae. **Turbida peruersas** induit illa comas. **Hostibus eueniat** tam foedi causa pudoris. **Inque nurus** parthas dedecus illud eat. **Turpe pecus mutulu:** turpis sine gramine capus. **Et sine fronde** frutex: & sine crine caput. **Non mihi uenistis** semele: ledeq; docendae. **Perq; fretu falso** sidoni uecta boue. **fos:** & disturbatos **Tam foedi pudoris:** ut deprehendatur puella dum ornata caput. **In nu rus** parthas. i uxores parthorum: hostes romani nominis. **Pecus mutulum:** comminutum & sine cornibus: unde plinius scribit Mutulis capris esse lactis maiorem hubertatem. **Et sine fronde** frutex: Frutex uirgultum est: quod ad iustam arboris magnitudinem non exerescit: & statura similis est multis herbis. **Et sine crine caput:** Docet etiā Apuleius mulierē sine capillis minime placere: cui uerba qm lepidissima sunt apposui. Ita. n. scribit: Si cuilibet eximia pulcherrimaeq; foe miae caput capillo spoliaueris: & facie natiua specie nudaueris. licet illa caelo deiecta. mari edita. flu etibo educata. licet inq; Venus ipsa fuerit: licet oi grae choro stipata. & tota cupidinu populo comi tata: & balteo suo cicta: placere n poterit ne uulcao suo. **Non mihi uenistis** semele: no haec scribit.

tr emā manu iposueris tuo cultui. **Au rea** signa quae inter columnas locabatur: unde i. M. Scauri theatro legimus signa aerea inter colūnal fuisse numero tria mil lia. **Tenuis brachtea:** tenuis lamia: Ver gilius: sic leni crepitabat brachtea uento. **Morosa:** difficilis. querula. **Tuta sit** ornatrix: sit secura: ne ea pulset. **In aede:** i loco minime uiris peruiro. **Bonae deae:** ad qua uiris no est accessus. Propertius: Sacra bonae maribus no adeuda deae: Bo na aut dea. qua graeci Ginecia nominant. **Bona dea** romae colebatur. Ea phryges Midae ne potes regis parentem asserunt: Romani Driada puellam fauni uxorem existima bant: nonnulli graecorum illam ex liberti nutricib; ee: quam nefari liceat: unde & mulieres: quum festos ei dies peragut: ra bernacula in uitigineis intexunt ramis: Sacrum praeterea draconē deae secundū fabellam erigunt: dumq; ei sacra celebra tur: neq; eo uirum accedere: neq; domi adesse fas est: In eis sacrificiis ipse inter se mulieres multa orphicis consentanea fa cere traduntur: Quum igitur ea instat so lemnia: uir ipse: seu praetura. seu consula re gerat imperium: cunctiq; mares una commigrant: Vxor domum ornatissime extruit: ibi maxima sacrorum pars noctu peragitur promiscua sonis: & catibus lo ca longas exercent uigilias: auctor Plu tarchus: Cicero etiam i oratione p haru spicum responsis haec inquit. Quod qui dem sacrificium nemo nisi p. Clodius omni memoria uiolauit nemo unquam adit: nemo neglexit: nemo uir aspiciere non horruit: quod sit per uirgines uesta les: sit per Po. Ro. sit in ea domo: quae est in imperio: sit incredibili cerimonia: sit ei deae. cui ne nomē quidem uiros scire fas est. **Peruersas** comas: capillos confu

Europes Fabula

Sidon Sidones

Crocodi- lea: & eoge- usus

Analecti- des

Rictus

Cachinus

pulcherrimis. ut fuit Semele Cadmi the- barū regis filia: aut læda helenæ mater. Sydoni uecta boue. Europen itelligit: quam ex phoenicia raptam Iuppiter in taurum deformatus in cretam detulit: ex qua genuit tres liberos. Minoem. Rha- damantum: & Sarpedonem: Eam post- modum Asterius prole carēs duxit uxo- rem: & iouis filiis adoptatis: eos regni suc- cessores reliquit: ut auctor est Diodorus Sidonis autem Europa dicitur a Sidone urbe: quam a phoenicibus conditam a pi- scium ubertate. quos Sidones uocant: ap- pellatā scribit Iustinus. Troice raptor: Paris troiane. Deteriora: minus bona: Sunt plura: nam ex centum puellis plu- res turpes reperies. q̄ formosas: uel hoc dicit: quis sint aliqua formosæ: tñ & ipsæ arte nostra indigent: ut pulchriores frāt: qm̄ plura sunt minus bona: q̄ par sit: Cō- positum est. est tranquillum. Cessat. ab arte sua: & nauigadi peritia: sicut formoi- sa mulier præceptis nostris minus utitur. Pleno filo. pannus enim quo plenior ē lana: eo magis uestem efficit latiore. Velamina: uestes. Laxus: minus augu- stus: fluxus. Purpureis uirgis: Sunt qui uirgam purpureā eam accipiant: quā ply- nius sanguineam appellat: pleriq; Sandy- cem itelligūt: cuius meminit Maro: quā tñ Plynius iter fictitios colores numerat alii purpurissum. Sinopidem: & alios hu- iusmodi fictitios colores i tenues uirgas redactos intelligunt: quod non placet. Ad pharii confuge piscis opem: ad me- dicinam crocodili: qui nascitur i ægypto cuius intestina crocodilea appellatur: ea illita ex aqua uerna: tollit morbos oēs: quog; natura serpit in facie: nitorēq; red- dit. auctor Plynius: Potes etiam de ster- core crocodilli intelligere: quo puellæ utebātur ad cutis nitorem: Horatius: Iā manet humida creta color Stercore fu- gatus crocodilli. Pes malus: turpis pes: Alutha: calceo. Arida crura: macie te- nuata. Analectides: Analectides sunt modici puluini: q̄ uestib; aptari solēt: ne humeri altiōres uideant: analigo. n. col- ligo & assumo: significat. Fascia. quæ di- cebat pectoralis. Scaber ūguis: rubigi- nosus: asper: imūduus. Rictus: rictus est oris patefactio. tā feræ: q̄ hoīs. a rigo uer- bo declinat. Peruerso cachino: turpi ri- su: est enim. Cachinnus solutior risus. Discunt posse minus: discūt blefa uerba pronunciare. quod negauit illis natura

Aut helene. quam non stulte menelae reposcist: Tu quoq; nō stulte troice raptor habes. Turba docenda uenit: turpes pulchraq; puellæ. Pluraq; sunt semper deteriora bonis. Formosæ minus artis opē: præceptaq; quærunt Est illis sua dos forma sine arte potens. Quum mare cōpositum ē: securus nauita cessat. Quum tumet auxiliis assidet ille suis. Rara tamen menda facies caret: occule mendas: Quaq; potes uitium corporis abde tui Si breuis es: sedes, ne stans uideare sedere. Inque tuo iaceas quantulacunq; toro. Hic quoq; ne possit fieri mensura cubantis: Iniecta lateant fac tibi ueste pedes. Quæ nimis est gracilis pleno uelamina filo. Sumat: & ex humeris latus amictus eat. Pallida purpureis tangat sua corpora uirgis. Nigrior ad pharii confuge piscis opem. Pes malus in niuea semper celetur alutha: Arida nec uinclis crura resolue tuis. Conueniunt tenues scapulis analectides altis. Angustum circa fascia pectus eat. Exiguo signet gestu: quodcunq; loquatur. Cui digiti pingues: & scaber unguis erit. Cui grauis oris odor: nunquam ieiuna loquatur. Et semper spatio distet ab ore uiri. Si niger: aut ingens: aut non erit ordine natus Dens tibi: ridendo maxima damna feres: Quis credat: discunt etiam ridere puellæ. Quæritur atq; illis hac quocq; parte decor. Sint modici rictus: paruæq; utrinque lacunæ. Et summos dentes ima labella tegant. Nec sua perpetuo contendant illa risu. Sed leue nescio quid. foemineūq; sonet. Est: quæ peruerso distorqueat ora cachinno. Quum risit. læta est altera. flere putes. Illa sonat raucum quidda atq; iamabile ridet: Ut rudit a scabra turpis asella mola. Quo nō ars penetrat: discūt lachrymare decēter Quoq; uolunt: plorat. tempore: quoq; modo. Quid quum legitima fraudatur littera uoce? Blefaque fit iusto lingua coacta sono? In uitio decor est: quædā male reddere uerba. Discunt posse minus: q̄ potuere: loqui. Omnibus his quoniā profunt: impendite curā.

Hæc mouet arte latus: alia i incessu mouet se molli. q̄ par sit. Ex tētos pedes. q̄si digitis pedū isti- stat. Illa uelut cōiūx: alia uelocius icedit: ut uideat rustica: aut uaricosa. Cōiūx rubicūda: fortis: uxor: nec mollis: Umbri mariti: Umbri populi italie fortissimi fuere. quos eoz; foeminae i incessu imitabant. Ingētes gradus: apiores gressus. Varica: q̄si uarica: Vari: seu Vari dicitur: q̄ obtor- tis i trorsū crurib;: aut pedib; sepatis: & distortis ambulāt. Persius: nō fallit pede regula Varo: Ply- nius et scribit Varos: Vatas: Vatenos: Vatinios a crurib; appellatos. Rusticus alter: ingētes gra- dus designat. Alter erit mollior: eā de- notat: quā dixit mouere arte latus. Mō- stra maris sirenes erāt: Puellas admonet: ut cātare desinat: Sirenes aut fuerūt ache- loi & musæ caliopes. uel ut alii malunt Terpsicores filia: numero tres Parthe- nope. leucosia: & ligia: quarum una uo- ce: alia cithara: tertia tibiis utitur: hñt uul- tus uirgineos: & uocē humanā: reliquum corpus i uolucrē desinit: ut Ouidi? i sex- to met. scribit: Has autē cātus dulcedine naues detinere solitas: & sopitos hoies mergere: Quare qū ulysses ante eoz; li- tora nauigaret: sociog; aures cæra optu- rauit: & illæsus euasit. Martialis. Sirenes hilarē nauigatiū pœnā Bladasq; mortes: gaudiumq; crudele. Quas nemo quodā deserebat auditas Fallax ulysses dī reli- q̄sse: Eas scribit Eusebi? meretrices fuisse solitas nauigātes decipere: Habitauerūt aut. Sirenes in tractu pelorio: Alii eas ad Sireusas insulas ponūt: quæ plusq; duo- milia absūt stadiog;: Scopulus qdā lōgus ē & angustus cubitus noiē a deductis ad capreæ fretū locis extēditur: altero ex- mōtis latere Sirenū sacellū hñt: ex altero ad possidoniātē sinū paruæ tres adiacēt insulæ desertæ: petrosæ: q̄s Sireusas uo- cāt: auctor Strabo: Plynius scribit Surre- tū cū pmōtorio Mineruæ Sirenū quon- dā sedē fuisse: Idē ēt Papini? ita cecinit: Est iter notos sirenū noiē muros: Saxaq; tyrrhenæ rēplis onerata mineruæ: & ou- dius i. xiiii. met. terrasq; calēti Sulphure fumātes. acheloidūq; reliq; Sirenū sco- pulos Sisyphides: ulysses sisyphi fili? q̄ Autoliā laer tæ despōsatā uiolauit: ex eoz; ulyssē peperit: unde apd Oui. Ajax ita loquitur: Quid sanguie cretus Sisyphio furtisq; & fraude similimus illi In- seris æacidis alienæ noiā gētis Pœne resoluit corpora: erat. n. malo nauis alligatus. Illita cæra circes cōsilio: ne cātus suauitate cogere exilire Referāt audita: cātent quæ didicere. Carmina lusa: carmina cōposita. Modis niliacis: caticis ægyptiis: Cantilenæ nāq; ægyptiæ: & gaditanæ ob- lasciuiā maxime placebāt: Martialis Catica q̄ nili: q̄ gaditana susurrat. Nec plectrum: Plectrum ē istrumētum citharædi: quo chordæ plectuntur. idēst pcutiuntur: ut scribit Donatus. Martialis: Exornent docile garrula pletra lyram Rhodopeius. orpheus threicius. Fuit. enim thrax gene- re. ut Diodorus scribit: Filius œagri: & caliopes: doctrina: melodiæq; adeo excelluit: ut nō imme- rito feras: arboresq; ad se audiendū alliceret: nauigauit cum argonautis. atq; ob amorem uxoris ad inferos descendens: a Proserpina suauitate cantus impetrauit: ut defunctam uxorem ab infe- ris excitaret: ut in quarto georgicorum elegantissime cecinit Maro. Horatius: Siluestres homi- nes sacer interpretq; deorum Cædibus. & uisū seædo deterruit orpheus Dictus ob hoc lenire ti- gres: rapidosq; leones. Saxa tuo cantu. Iuppiter in satyri formam (ut Ouidius scribit) Antiopā nictēi filiam. uel Afopi secūdem Homez; compressit: quæ iram paternā uerita ad Epopeum regē sytioniū se cōtulit: ubi zethū. & Amphionē peperit: quos pastor educauit: Nictēo deinde mortuo

Vmbri Vari: Vari

Sirenes

Sisyphus

Cátilenæ: ægyptiæ: & gaditæ: Plectrum Orpheus:

Antiopes Fabula zethus: & Amphion

Dircaeus fons ob dolorē amissae filiae: eius frater lycus ducto exercitu Epopeū occidit: Antiopēq; abduxit: quā dirca uxori custodiendā tradidit: Ea qū fugisset: filios ad ulciscendā dircē ipulit: hi eā reuictā tauro & siluestriū caudis laniarūt ad eū locū: q; fōtis dircae ab ea nomē accepit: uide nō īmerito Ouidius Amphionā mris uindicē appellauit. Eusebius scribit Amphion thebis regnasse: & cātu citharā saxa mouisse: qm̄ auditores erāt duro corde: Scribit et Solinus eū thebas cōdidisse: nō q; lyra saxa duxerit: sed q; affatus suauitate hoies rupiū icolas: & icultis morib; rudes ad obsequiū ciuiliū disciplinā pellexisset. **Fecerunt muros: thebanos. n. muros lyra struxisse dī Amphio.** Horatius Dicitur & Amphion thebanae cōditor arcis Saxa moueri sono testudinis. & p̄ce blāda Ducere quo uellet. **Quāuis mutus erat: Ariō uetus & nobilis cātator fidi bus fuit: Nota ē Fabula Herodoti: plynii Higiniū: Solini: & Geliū monumentis: & Ouidii carmine ī secūdo fastorū: Strabo in xiii. scribit Ariōnē a p̄donib; ī mari obrutū fuisse.** **Disce etiā duplici genialia nabilia palma Vertere: Nabiliū siue Nauliū ī strumētū ē musicū: qd̄ barbarū optinet uocabulū: ut ī decimo docet Strabo: Suidas et scribit psalteriū organū eē musicū qd̄ Naula et uocat.** **Genialia: uoluptuosa. delectantia. Iuuenalis. Genialis agatur: Iste dies.** **Sit tibi Callimachi: Callimachus (ut Strabo scribit) progenitorē habuit battum: qui cyrenem condidit: poeta simul: & grammaticae studiosus: cui primas in elegia tribuit Quintilianus.** **Coi Poetae: Philetas (ut refert Strabo) poeta simul: & antiquorum scriptorū censor ex co Insula confessione plurimorum (ut est auctor Fabius) secundas tenuit in elegiaco carmine.** **Ticia musa: Anacreon poeta lyricus (auctore Strabone) Teo patriam habuit: quē Ply. scribit acino uuae passae stragulatū. Vinoli senis. Bibacis anacreontis. Qui. Quid nisi cū multo uenerē cōpescere uino Praecepit lyrici teia musa senis. Nota sit & sappho: Sappho Mithylenaea cū Alcaeo claruit: cui ī minima pte poeticae nullā foeminā cōpandā scribit Strabo. Scripsit. n. elegias: libros lyricos nouē. Epi gramata. Iābos. & Nenias: Carmē iuenit: qd̄ a se Sapphicū denominauit: prima et plestrū repperit hui; poemata legēda suadet Oui. qm̄ lasciuia erāt: un̄ et ī tristib; ita scribit: Lesbica qd̄ docuit sappho nisi amarae puellas. & Horatius. Viuūtq; cōmissi calores aetate fidib; puellae. Cui ue p̄ uasfri. Terentiū inuit. q; ī phormiōe getā īducit chremetē: & Demiphonē senes fallētē. Sane Geta nomē ē Seruile: Seruos. n. p̄sci a populorū nominib; unde uehebantē appellabāt: ut lydiū. Syg. Getā: Dauū ex Dacis. q; olim Dauū uocati sunt: auctor Strabo. **Carmē legisse p̄pti. Propriū Fabius refert a qbusdā tibullo anteponi.** **Siue aliqd̄ galli: Cornelius gallus foroiuliēsis fuit: Euphorionē ī latinū trāstulit & (ut Seruius scribit) de cytheride Volumniū liberta: & a se amata scripsit libros q̄tuor: hic primus (ut testis ē Eusebius) tenuit aegyptū puincia romanā factā ab augusto: & se ipm̄ iteremit: qm̄ (ut Trāgillus scribit) ob īgratū aīum. illi dōmo: & puinciis suis īterdixit Augustus: dicēte Ouidio ī amorib;. Sāguinis atq; aīae pdige galle tuae: Eum fabius scribit Tibullo & Propertio duriorē fuisse: **Dictaq; Varroni: Eusebius chronographus Varrones duos fuisse scribit: Alter: M. Terentiū Varro appellatus: philosophus pariter. & poeta: Romanorū oīum (ut Fabius auctor ē) eruditissimus: liguā latinā peritissimus: & oīs antiq̄tatis: & rerū grācarū: n̄rarūq; plus tñ scietiae collaturus: q; eloquētiae: cui; uiuētis imaginē romae posuit. Asinius Pollio ī bibliotheca: quā primā ī orbe de manu biis publicauit. ut Plynii docet: Alter fuit. P. Terentius Varro Attacinus: ab Attace uico narbonensis puincia: ubi natus ē: qui. xxxv. agens annum. grācas litteras didicit. Trāstulitq; ī latinū libros quatuor Apollonii rhodij ī suū opus de argonautis: unde Fabius eum appellauit interpretem alieni operis: celebrauit etiā nōnunq; elegis uersibus amicam Leucadiam. dicente Propertio. Hae quoq; p̄fecto ludebat Iasone uarro. Varro leucadiae maximā flāma suae: de hoc nūc loq̄ Oui. **Tua germanae: quae ex ariete uellere aureo insigni decidit: qd̄ postea ī tēplo martis ī colchide fixū argonautae abstulerūt.** **Et p̄fugū aeneā. nō porro fugatū: sed erratē: Verg. aut designat q; (ut Fabius scribit) apud nos auspiciatissimū: ut apud grācos Homerus dedit exordiū. Idē scribit********

Fecerunt muros officiosa nouos.
 Quāuis mutus erat: uoci fauisse putatur
 Piscis arioniae fabula nota lyrae.
 Disce etiam duplici genialia nabilia palma
 Vertere: conueniunt dulcibus illa iocis.
 Sit tibi callimachi: sit coi nota poetae:
 Sit quoq; uinoli teia musa senis.
 Nota sit & sappho. quid enim lasciuus illa:
 Cuiue pater uasfri luditur arte getae.
 Et teneri possis carmen legisse propertii.
 Siue aliquid galli: siue tibulle tuum.
 Dictaq; uarroni fuluis insignia uillis
 Vellera germanae phrixae quaerenda tuae:
 Et profugum aeneae: altae primordia romae:
 Quo nullum laetio clarius extat opus.

Vergilius g (ut Fabius scribit) apud nos auspiciatissimū: ut apud grācos Homerus dedit exordiū. Idē scribit

Interrogati sibi Domitiū Afrū: quē crederet Homero maxime accedere: eū r̄ndisse: Secundū eē Vergiliū: Propiorē tñ primo: q; tertio. In altero. n. fuit plus curae: & diligentiae: In altero uero plus diuinitatis & copiae: eū tñ Propertius grācis: & latinis scriptoribus anteponit. **Forfitan & nostrum: Ouidius (ut testis ē Fabius) fuit Lasciuior Tibullo: & p̄pertio.** **Aquis letheis: obliuioni. Aqua. n. lethea obliuionē īducit. Martialis: Pigra p̄ hūc fugies īgratae flumina lethes. Duas pres: uiros & foeminas. Deue tribus libris: libros tres amorum ad Corinnam itelligit.** **Epistola: quae in amoribus**
Forfitan & nostrum nomen miscbitur istis.
Nec mea letheis scripta dabuntur aquis.
Atq; aliquis dicet: nostri lege culta magistri.
Carmina: quis partes instruit ille duas.
De ue tribus libris: titulus quos signat amorum
Elige. quod docili molliter ore legas.
Vel tibi composita cantetur epistola uoce:
Ignotū hoc aliis illa nouauit opus:
O ita phoebe uelis ita uos pia numina uatum:
Insignis cornu bacche: nouemq; deae.
Quis dubitat: quin scire uelim saltare puellam:
Vt moueat posito brachia iussa sono
Artifices lateris scaenae spectacula amantur.
Tantum mobilitas illa decoris habet.
Parua monere pudet: talorum dicere iactus.
Vt sciat: & uires tessera missa tuas.
Et modo tris iactet numeros: modo cogitet apte:
Quam subeat partem callida: quāq; uocet.
Cautaq; non stulte latronum praelia ludat:
Vnus quum gemino calculus hoste perit.
Bellatorq; suo prensus sine compare bellet:
Aemulus inceptum saepe recurrat opus.
Reticuloque pilae leues fundantur aperto.
Nec: nisi: quam tollas: ulla mouenda pila est:
Est gens in totidē tenui ratione redactum
Spicula: quot mentes lubricus annus habet.
Parua tabella capit ternos utrinq; lapillos:
In qua uicisse est continuasse suos:
Mille fac esse iocos: turpe est nescire puellam
Ludere ludendo saepe paratur amor.
Sed minimus labor est sapienter iactibus uti.
Maius opus: mores composuisse suos.
Tunc sumus incauti: studioque aperimur ī ipso.
Nudaq; per lusus pectora nostra patent.
Ira subit deforme malum: lucrique cupido:
Iurgiaq; & rixae: sollicitusq; dolor.
Crimina dicuntur: resonat clamoribus aether.
Inuocat iratos: & sibi quisq; deos.
Nulla fides tabulis: quae non per uota petuntur.
Et lachrymis uidi saepe madere genas.

prima est: in ea enim scribit Oui: se qnq; libris de p̄ceptis amatoris: & de remedio praeposuisse tres ad corinnā. Ita. n. ingt. Quimō nasonis fueramus qnq; libelli: Tres sumus: hoc illi praetulit autor opus. **Nulla epistola p̄ma ī amorib;. Nouauit: ite; cōmemorauit.** **Hoc opus ignotū: hae p̄cepta amatoria: quae alii minus nouerat me cōposuisse.** **Ita uelis: ut legat: & cātes meū op;. Insignis cornu: baccho n. cornua tribuūtur: cui; rei cām assigna uimus. Brachia iussa: brachia sono apte se accōmodātia.** **Artifices lateris: Histri ones latera ī scaena cōcine mouētes: quae tāta ē difficultas: ut scribat ī oratore Cice ro Rosciū Mimū discipulū ī ea arte quē p̄bet reppisse neminē: Ars aut Histriōni ca adeo oli romae claruit: ut Clodius Elopeus Histrio tragicus ex eo quae stu pati nā sexcētis sestertis īsignē fecerit: ī q; posuit aues cātu aliquo: aut sermone huma nouocales: & eius filius clodius relictus ab eo ī amplis opib; haeres: uniones ī coena magna taxatōis deuorauit: ut auctor ē Ply. **Taloz dicei iactus: Tesserae hnt sex latera: & qdratae sūt: has cubos appellari Gelius refert: Tali uero a tesseriis forma lōge erāt dissimiles: hēbāt. n. iiii. latera: & p̄ uario iactu. uaria pūcta dabāt: his iā nō utimur: In ludo Talario tali. iiii. adhibebāt: In tesserario uero tres trimō: ut hodie et fieri uidem;. usi mart. ita scribit Nō sū taloz: nūcro par tessera. Quā subeat p̄te: cui sit p̄dēdi piculo subiecta. Quāq; uocet: quot pūcta cupiat ad optinēdā uictoriā: Latronū plia: calculorū ludū itelligit. Vn; qū gemio: caute ludēdū ē: qū solus latrūculus tu; cū duob; hostib; pugnā capescit: & obsidet. **Bellatorq; quē regē appellāt ī calculis.** **Sine suo cōpare. sine eo latrūculo: quē ī eo ludo reginā nomināt.** **Reticuloq; pilae: hoc genus ludi ī desuetudinē abiit.** **Est genus ī totidē ludū eū designat. q; cōstat ex. xii. calculis.** **Parua tabella: hoc et ludo utūtur uulgo pleriq; hac tēpestare: q. n. pus ī tabella tres calculos apte locarit: is collu fori unū adimit.** **Sed minimus labor ē: Vicia designat: q; ī hui; mōi ludis detegūtur. Nulla fides tabulis: nō ē fidēdū aleae: Quae n̄ p̄ uota petunt: q; n̄ habuerit deos fautores. Genas ludētium sinistra diis.******

Pilæ ludus Tā turpia crimina: ut ludi grā plorandū sit. Ignaua natura: Ignauā ideo naturā appellat: q̄ hu- iusmodi ludi nullā habēt corporis exercitationē. Materiam uberiorē magis utili. Celeresq̄ pilæ: utebantur enim pila: quā paganica appellabatur, erat & pila Trigonalis: & follis. ut ostēdit Mar- tialis. Taculumq̄: iaculo etiam exercebantur romani: quod ostendit Horatius eo uersu: Nec iam liuida gestat in armis brachia sæpe disco. Sæpe trās sinē iaculo nobilis expedito. Trochiq̄: Tro- chus instrumentum erat: q̄ ludentibus pueris scutica agitabatur: & rotabatur ut scribit Acron: eo antea pueros quosdam ludere solitos ui- dimus: Martialis. In ducēda rota est das nobis utile munus. Iste trochus pueris: ac mihi cantus erit: & alibi Garrul⁹ in laxo cur annulus orbe uagatur. Cedat & ar- gutis obuia turba trochis: Proptius. In- crepat & uerſi clauis adūca trochi: Hora- tius Trochū græcū appellat in odis: qm̄ trochos rotā significat. Armāq̄: quib⁹ exercebātur Iuuenes. Horatius: Nec iā liuida gestat i armis brachia. In gyros: i circuitus: Tangit autē eā exercitationem. q̄ iuuentus romana equis uti discere sole- bat. Horatius. Cur neq̄ militaris Inter æquales egret gallica nec lupatis Tēpe- ret ora frenis: Eius autē exercitiōis laus erat. ut equus in gyrū flecteretur. Vergili- us. Carpere mox gyrū incipiat: & Tacit- us scribit Germanoz equos nec forma: nec uelocitate cōspicuos. sed nec uariare gyros i morē romanū doceri. Nec uos cāpus habet: Cāpi Martii (ut autor ē Stra- bo) admirabilis erat magnitudo: Suppe- ditabat. n. curules pariter cursus: & alia equestria certamina expedita: nec minus tā multis pilā. Trochū. Palestā exercita- tione tractantibus. Gelidissima uirgo: aquā uirginem intelligit: a uirgine: quæ eius fontē indicauit ita appellata. ut frontinus docet: Ply- nius tñ in. xxi. uirginē aquā Ideo appellatā scribit: q̄ labens in prenestina uia: quā ad herculeū ri- uum peruenit: eū refugit. quasi cōgressum herculis fugiat: Idē scribit eā tactu præstare cæteros am- nes: qm̄ in ea natabant cōmodius: Papinius. Atq̄ exceptura natatus Virgo iuuat. Nec tuscus pla- cidis. Tuscu ideo Tybrim nominat: qm̄ ab apoenino defluens: p tusciā romā defertur: q̄ aut in ty- berino ēt flumine natare iuuenes romani docet Horatius eo uersu: Cur timet flauū tyberim tā- gere. Pōpeias ire p umbras: De Porticu pōpeii quæ erat in cāpo Martio diximus in primo. pper- tus: Scilicet umbrosis sordet pompeia colūnis Porticus: auleis nobilis attalicia. Virginitate æthereis: æstatē designat: nā sol p cancrū & leonē trānsiēs. & uirginē æstatē efficit: ut antea docuimus ex sē- rētia higyntii: Scribit Columella. Tertio decimo kalendas septēbris solē i uirginē trālitū facere: & hoc: & sequenti die tēpestatē significare. Interdū & tonare. Sācrata palatia: palatinū collē cōsacra- tū apollini: cui tēplū i eo Augustū erexisse dixim⁹: cuius meminit Oui: i q̄rto fastoz. Phœbo lau- rigero apollini laureā gerētī coronā. Paretonias: ægyptiā: Est. n. paretoniū urbs ægypti i ora ma- ritima: & portus igēs. xl. fere stadior. Hāc alii paretoniū: alii Ammonia uocant auctor est Strabo: Intelligit autē Apollinē q̄ i plio apud Actiū cōtra. M. Antoniū: & cleopatā fauit Augustus. Vergi- Actius hāc cernēs arcū i tēdebat apollo: nota ē historia plutarchi monumētis. Quæq̄ soror: porti- cū octauia dicit: ita appellatā ab octauia sorore Augusti. Cōiūxq̄ ducis: Liviā porticū a Liviā uxo- re Augusti (ut docet Suetonius) cognominatā accipe. Naualiq̄ gener: Agrippā Augusti gene- rū dicit: eius. n. filiā Iuliā duxit uxore: Illū Augustus nauali corona donauit (ut Ply. scribit) post de- bellatū Pōpeii i sicilia. Idē docet Seruius i octauo æneidos. Erat autē Naualis corona: ut Gelius do- cet q̄ donari solet maritimo plio. q̄ primus i hostiū nauē ui armatus trāsiliuit: ea q̄si nauiū rostris i- signata erat. Visite turicremas: De tēplo Isis repete quæ diximus i primo. Vaccæ mēphitidos Isis ægyptiæ: quæ oli i uaccā mutata apud ægyptios colebat: de mēphi urbe abūde dictū ē i pri- mo. Terna theatra: ea i cāpo pximo Cāpo Martio fuisse docet Strabo: unde hic cōspicuis locis addidit Oui: erat. n. eo i loco alta præclara ædificia. Sāguie: gladiatorū cruore. Metāq̄ feruentis

Iuppiter a uobis tam turpia crimina pellat:
In quibus est ulli cura placere uiro:
Hos ignaua iocos tribuit natura puellis
Materia ludunt uberiore uiri.
Sunt illis celeresq̄ pilæ: iaculumq̄: trochiq̄:
Armāq̄: & in gyros ire coactus equus:
Nec uos cāpus habet: nec uos gelidissima uirgo:
Nec tuscus placidis deuehit amnis aquis.
At licet & prodest pompeias ire per umbras:
Virginis æthereis quū caput ardet equis.
Visite laurigero sacrata palatia phœbo.
Ille parethonias merſit in alta rates.
Quæq̄ soror cōiūxq̄ ducis monumēta pararūt:
Naualiq̄ gener cinctus honore caput.
Visite turicremas uaccæ mēphitidos aras.
Visite conspicuis terna theatra locis.
Spectentur tepido maculatæ sanguine harenæ:
Metāq̄ feruenti circumeunda rota.
Quod latet: ignotum est. ignoti nulla cupido.

Cāpi Mar-
tū Certā
mina
Aqua uir-
go
Tyberis
Tuscus
Porticus
Pompeii
Sol in uir-
gine
Paretoni-
um
Porticus:
octauia
Porticus
liuia
Agrippa
Augusti
gener
Naualis
Corona

ludos circēses dicit: de qbus i primo diximus. Facies bona: pulchra facies. Caret teste: nō uidet. Tu licet & Thamyra: Thamyras philamonis filius rediēs ex urbe Aethalia: quū musas habuisset obuias sciētia cantādī gloriabūdu. affirmauit se eas superaturū: si secū certare auderēt: ad quā info- lētē uocē filiæ iouis stomachata: & modulationē: & pulsandæ citharæ peritiā: & cōem hominū sen- sū abstulerūt: hāc Homerus i secūdo iliados: Diodorus eū lyra & cātu trī priuatū scribit: latini ue- ro occæatū fuisse dicūt. Si uenerē cou: Apelles ex co Insula olympiade cētēsimā. xii. floruit: i pi- ctura solus plura q̄ cæteri oēs cōtulit uo- luminib⁹ editis, q̄ doctrinā eā cōtinēbat. Illi perpetua consuetudo fuit nunq̄ tā oc- cupatā diem agendi: ut nō lineā ducēdo exerceat arte: a nullo alio: q̄ ab apelle pī- gi uoluit Alexander Magnus: hic pinxit Venerē exeūtē e mari: quā Diuus Augū- stus dedicauit i delubro p̄ris cæsaril: quæ Anadyomene uocat: cōsenuit hāc tabu- la caric: Aliāq̄ p ea Nero i p̄cipatu suo substituit Dorothei manu: Apelles i cho- auerat aliā Venerē cois superaturus ēt il- lā priorē: Inuidit mors peracta parte: nec q̄ succederet operi ad præscripta liniamē- ta iuētus ē: auctor Plynus. Ma lateret: nō uideret egredi e mari. ut Apelles pin- xerat. Hoc uotū: ut forma uigeat. Cu- ra ducū: Horat⁹ quoq̄ ondit poetas oli- fuisse i precio eo uersu. Sic honor: & no- mē diuinis uatib⁹ atq̄ Carminib⁹ uenit: & paulopost ait: Et uicē mōstrata uia est: & grā regū Picriis tērata modis: ludusq̄ reptus. Ennius emeruit. Q. Ennius i ca- labria Rudias (ut ē autor Strabo: & Me- la) p̄iam habuit: Silius i. xii. de eo ita scri- bit. Miserūt calabri: rudia genuere uetu- sta: Scripsit p̄m⁹ ap̄d latī of uersu heroico- ānalef ut Geli⁹ refert: q̄ bella italiæ ceci- nit: & scdm bellū puniū i gratiā sciipiōis Carmie min⁹ politico: nā igēio ualuit: sed arte caruit: ut cecinit oui. Africanū maio- rē mirifice dilexit: a quo multis munerib⁹ donatus ē: cū Scipione asiatico in ali- am p̄fectus ē: & cū fuluio nobiliore i æto- liā: Post Septuagesimū ānū (ut scribit Eu- sebi.) periit morbo articulari: quē nimio uino cōtraxerat: Sepult⁹ fuit i scipionis monumēto uia appia. ut ēt Cice. testat⁹: Scribit ēt Ply. priorē Africanū. Q. Ennii statuā sepulchro suo posuisse: uiuens sua uirtute donatus ē pulcherrimis hortis: Fuit & paulopost alter Ennius Tarētīn⁹ q̄ de lris: syllabis: & metris libellū edidit: & uolumia d augurādī disciplina. Quis danae nosset: Acrifius argiū rex unica hā- bens filiā Danaen. ut Lactātiū scribit. accepit se periturū manu ei⁹ q̄ ex filiā nascere: unde filiā i tur- ri clausit: Iuppiter i aux⁹ uersus ex tegulis i gremiū puellæ decidit: p̄gnāsq̄ facta ē: q̄ pater intelli- gēs i arcē clausam i mare abiici iussit: illa i italiā delata iuēta a piscatore cū p̄co: quē enixa fuerat: & oblata regi: ab eo uxor accipitur: cū ēt Ardeā cōdidit. auctore Seruio. Inq̄ sua turri: Sic ēt Ho- ratius. Inclusā Danaē turris æneā. robustaq̄ fores: & uiglu canū. Sæpe canes frustra: Venatoris exēplo docet formias pletūq̄ amatores iuēre: quos n̄ q̄rūt. Cadit i rana. nullo agēte. Quid min⁹

Fructus abest: facies quum bona teste caret.
Tu licet & thamyra superes atq̄ orphea cantu.
Non erit ignota gratia magna lyra.
Si uerem cou nunquam pinxisset apelles:
Merſa sub æquoreis illa latret aquis.
Quid petitur sacris, nisi tantum fama poetis:
Hoc uotum nostri summa laboris habet:
Cura ducum fuerat. olim regumq̄ poetæ.
Præmiaq̄ antiqui magna tulere chori.
Sanctaq̄ maiestas: & erat uenerabile nomen
Vatibus: & largæ sæpe dabantur opes.
Ennius emeruit calabris in montibus hortos:
Contiguos p̄ene scipio magnē tuis.
Nunc hederæ sine honore iacent. opataq̄ doctis
Cura uigil musis nomen inertis habet.
Sed famā uigilare iuuat: quis nosset homerum:
Illius æternum si latuisset opus:
Quis danaem nosset: si semper clausa fuisset:
Inque sua turri si latuisset anus
Vtilis est uobis formosæ cura puellæ.
Sæpe uagos extra limina ferre pedes:
Ad multas lupa tendit oues: prædetur ut unam:
Et iouis ad multas deuolat ales aues.
Se quoq̄ det populo mulier speciosa uidenda.
Quem trahat: e multis forsitan unus erit.
Omnibus illa locis maneat studiosa placēdi:
Et curam tota mente decoris agat.
Casus ubique ualet: semper tibi pendeat hamus.
Quo minime credis gurgite piscis erit.
Sæpe canes frustra nemorolis montibus errant:
Inque plagas nullo ceruus agente cadit.
Quid minus andromede potuit sperare reuincta
Quam lachrymas ulli posse placere suas?

Thamy-
ras
Apelles
Cous
Q. Ennius
Ennius
Tarētīn⁹
Dannes
Fabula

andromede? nunq̄ inquit sperabat Andromede auxiliū. Persei fabula superius dicta ē. Funere saepe uiri uir quæritur. Sæpnumero puella mariti mortē deplorans in funere: uirū aliū inuenit. Solutis crinibus de more plorantiū in funere: id etiā fieri solebat: quum in aduersis deos orabant: Vergilius. Interea ad tēplū nō æquæ palladis ibat Crinibus iliades passis: & Liuius: Stratae passim matres crinibus tēpla uerrentes. ueniā irarū cœlestium: finēq̄ pesti exposcunt. Sed uitate uiros: molles & cinædos dicit. In statione comas: ex eoz̄ sentētia. q̄ dicebant comatos oēs cinædos esse. Et in nulla sede moratur amor: quia sunt in stabiles. Plures uiros: q̄ eum tanq̄ mollem petant. Troia maneret: Docet puellas Priami exēplo nō adolecētibus credendū esse. sed maioribus natu: Præceptis Priami: q̄ suadebat reddendam esse Helenā. Perq̄ aditus tales: p̄ speciem ficti amoris. Lucra pudenda petunt: simulant se uos amare: sed nil aliud a uobis petunt: q̄ dedecus uestrū. Liquido nardo: Nardinum unguentū alio noīe Plynus Foliatum appellat: quod unguentari: ex spica nardi celebrat: laudatur Syriacū a Plynio: Nascebatur ēt Nardus in cilicia radice nigra: & odorata. ut est auctor Dioscorides: uñ Spicā cilicā i fastis appellat Oui. Nec breuis i rugas. nec q̄ uestis rugas industria locatas astrigit tāq̄ mollis: Filo tenuissima: ex tenui lana. Et urat: & angat: q̄ nō possit uestē tuam furari. Voce boante: clamate. Has uenus. Venerem genitricem intelligit: de qua dictū ē in primo. Appiadesq̄ deæ: Concordiam Pallada. Pacē & Vestam intelligit: ab aqua Appia: quæ in forum cæsaris deducta erat. cognominatas: q̄ aut hæc templa ad forum cæsaris essent: ex papinio: & Martiale intelligitur. Sunt quoq̄ nō dubia: Sūt quædam mulieres quæ habentur: infames: q̄ amantes decipere soleant. Crimen amanti habent: quia alios decipiunt: ut ipæ quoq̄ ab amantibus deceptæ sunt. Cecropides: athenienses puellæ a rege cecrope. p̄ quas oēs alias designat. Iuranti theseo: uiro perfido: ut fuit theseus q̄ Ariadnam reliquit. Quos faciet testes: quos testes amplius adhibebit. Fecit & ante deos: antea deos adhibuit testes. & tñ fidem uiolauit. Thesei criminis hæres: id etiā in epistolis ei phyllis ita exprobrat. De tāta rerum turba factisq̄ parentis. Sedit in igno cressa puella tuo. Nulla relicta fides: quia nulli sunt amplius dii: per quos iuret. Illa pot̄ uigiles: quæ promissas noctes negabit: audebit etiā uiolare sacra uestæ. & Isidis: & necare uirū Veneno. Vigiles flammæ: inextinctum ignē: qui in templo uestæ seruabatur: cuius rei causam assignat plutarchus in camillo his uerbis: a Numa. n. rege tanq̄ omniū principū eēt ignis: uenerari institutū est. Nā nobilissimum quoddam existit ignis in ipsa natura & motio quædam est: uel cū motione totius generatio. Alia uero materia quæ calore uacat ociose: ignauiterq̄ iacens. & cadaueri similis ignis uirtutē tanq̄ aiam cupit: & paulatim suscepto igne ad agendū quid. uel patiēdum uentur: Numa Pompilius uir curiosus. ac sapientissimus: qui in colloquium cum musis per sapientiam ueniebat: ratione quadam philosophiæ motus hunc seruari. custodiriq̄ perpetua uigilia ne coxum

Nardinū unguētū

Spica cilisca

Appiades deæ

Ignis uestæ inextinctus

Funere saepe uiri uir quæritur: ire solutis
Crinibus & fletus non tenuisse decet.
Sed uitate uiros cultum: formamq̄ professos:
Quiq̄ suas ponunt in statione comas.
Quæ uobis dicunt: dixerunt mille puellis.
Errat: & in nulla sede moratur amor.
Fœmina quid faciet: quum uir sit leuior ipsa?
Forsitan & plures possit habere uiros?
Vix mihi credetis: sed credite troia maneret.
Præceptis priami si foret uisa senis.
Nec coma uos fallat liquida nitidissima nardo.
Nec breuis in rugas cingula pressa suas.
Nec toga decipiat filo tenuiissima: nec si.
Annulus in digitis alter: & alter erit.
Forsitan ex horum numero cultissimus ille
Fur sit: & uratur uestis amore tua.
Redde meum clamant spoliatae saepe puellæ:
Redde metum toto uoce boante foro.
Has uenus e templis multo radiantibus auro
Læta uidet lites: appiadesq̄ deæ.
Sūt quoq̄ nō dubia quædam mala nomina fama.
Deceptæ a multis crimen amanti habent.
Discite ab alterius uestris timuisse querelis:
Ianua fallaci ne sit aperta uiro.
Parcite cecropides iuranti credere theseo.
Quos faciet testes: fecit & ante deos.
Et tibi demophoon thesei criminis hæres
Phyllide decepta nulla relicta fides.
Si bene promittunt. totidem promittite uerbis.
Si dederint: & uos gaudia pacta date.
Illa potest uigiles flammæ extinguere uestæ.

Nulla pot̄ uigiles: quæ promissas noctes negabit: audebit etiā uiolare sacra uestæ. & Isidis: & necare uirū Veneno. Vigiles flammæ: inextinctum ignē: qui in templo uestæ seruabatur: cuius rei causam assignat plutarchus in camillo his uerbis: a Numa. n. rege tanq̄ omniū principū eēt ignis: uenerari institutū est. Nā nobilissimum quoddam existit ignis in ipsa natura & motio quædam est: uel cū motione totius generatio. Alia uero materia quæ calore uacat ociose: ignauiterq̄ iacens. & cadaueri similis ignis uirtutē tanq̄ aiam cupit: & paulatim suscepto igne ad agendū quid. uel patiēdum uentur: Numa Pompilius uir curiosus. ac sapientissimus: qui in colloquium cum musis per sapientiam ueniebat: ratione quadam philosophiæ motus hunc seruari. custodiriq̄ perpetua uigilia ne coxum

peretur uoluit: tanq̄ æterna uirtus esset: quæ oīa seruaret: Aliam causam refert Ouidius in fastis. In eodē uestæ tēplo (ut testis est plutarchus) fama fuit troianum illud palladiū: quod in italiā æneas asportauerat residere. Inachi: Isidis iachi filia. Capere sacra: sacra dirripere. Mista aconita: aconita temperata: Est enim Aconitum herba omniū uenenorum ocissima. quæ tactis genitalibus fœminini sexus animalium. eodem die infert mortem: quo modo Calphurnius Bestia uxores ne cauit: Fabulæ narrauerit Aconitum e spumis cerberi canis natum extrahente ab iferis hercule: Cicutata quoq̄ herba uenenum est: publica atheniensium poena inuisa: ut docet Plynus. Propius consistere: ea dicere: quæ magis ad uiros: q̄ ad fœminas ptinet: q̄ facere uisus ē: q̄ dixit fœminas accepto munere nunq̄ coitum negaturas. Illas. n. & avaritia: & propria libidine corrumpti posse designauit. Admissis equis: materiā semel suscepta. dando scilicet arma fœminis contra uiros. Verba uadum tentent: uerba ad te scripta ab amante: aium tuū sollicitet. sic & in primo. Cæra uadū tentet raris infusa tabellis. Edure: ualde dure. Quāuis uitæ careatis honore: quāuis sitis ifames. Vestra pignora: uestras litteras. Nouo iuueni: nouo amatori. Sed tñ ætnæi. nouus inq̄ amator litteras amicæ seruat: quibus tanq̄ fulmine utatur in puniēda amica: timet. n. semper: ne iratus amator illas marito ostendat. Fulmen autem iccirco ætnæum appellatur: qm̄ uulcano fulminum fabricatori mons ætna sacer est. ut Solinus scribite uel a uicinitate: Docet. n. Seruius Vulcanū inter liparem & ætnam officinam habere. unde Vergilius dixit Antra ætnæa sonant. Est concessa: est puellis data. Repellere fraudem: amantum scilicet: q̄ amicæ litteras seruāt: ut eo timore seruitium patiantur. Multas figuras: multa & dissimila elementa: & litteras. Per quos: quorum causā hæc moneo. Nisi deletis cæris: nisi deletis amantum litteris. Geminas manus: tuam & amanti epistolam. Fœmina dicatur: fœmina in litteris appellet se nomine amatori. Illa sit in uestris: amator scribens se amicam dicat. Qui fuit ille: quemadmodum amica appellauit se noīe amatori.

Aconitū

Cicuta

Fulmen Actneum

Et capere ex templis inachi sacra tuis.
Et dare mista uiro tritis aconita cicutis:
Accepto uenerem munere siqua negat:
Fert animus pp̄ius cōsistere. supprime habenas
Musa: nec admissis excutiare rotis.
Verba uadum tentent abięnis scripta tabellis.
Accipiat mistas apta ministra notas.
Inspice: quodque leges: ex ipsis collige uerbis:
Fingat: an ex animo: sollicitusq̄ roget.
Postq̄ breuē rescribere morā. mora semp̄ amantes
Incitat: exiguum si modo tempus habet.
Sed neq̄ te facilem iuueni promitte roganti.
Nec tamen edure: quod petit ille nega.
Fac timeat: speretq̄ simul: quotiesque remittes:
Spes magis hinc ueniat certa: minorq̄ metus.
Munda sed e medio consuetaq̄ uerba puellæ
Scribite. sermonis publica uerba placent:
Ah quoties dubiis scriptis exarsit amator:
Et nocuit formæ barbara lingua bonæ.
Sed quoniam quāuis uitæ careatis honore:
Est uobis uestros fallere cura uiros.
Ancillæ pueriq̄ manus ferat arte tabellas
Pignora nec iuueni credite uestra nouo.
Vidi ego pallentes isto terrore puellas
Seruitium miseris tempus in omne pati.
Perfidus ille quidem: qui talia pignora seruat:
Sed tamen ætnæi fulminis instar habet.
Iudice me fraus est concessa repellere fraudem
Armaque in armatos lumere iura sinunt.
Ducere consuescat multas manus una figuras.
Ah pereant: per quos ista monenda mihi:
Nec nisi deletis tutum est: rescribere caris.
Nec teneat geminas una tabella manus.
Fœmina dicatur scribentis semper amator.
Illa sit in uestris: qui fuit ille notis.
Sed licet a paruis animum ad maiora referre:
Plenaq̄ curuato pandere uela sinu.
Pertinet ad faciem rabidos compescere mores.
Candida pax homines. trux decet ira feras.
Ora tument ira: nigrescunt sanguine uenæ.

Gorgonū ut dictum est. Gorgonum autē gens (ut Diodorus scribit) occidentem uersus sita erat i extremis orbis finibus: aduersus quam Perseus haud paruo certamine bellū gessit: tanta fuit earum mulierū uirtus. uel potentia: Insulam quam incolere hesperam uocant: quia ad occasum sita sit: Gorgonidas tradunt quā uires auxissent: Iterum a perseo Iouis filio expugnatas. quum earum esset regina Medusa. Postremo ab hercule & eas: & amazonum gentem fuisse deletas: Sū: qui Gorgones ab agilitate dictas putent: **YOPYON** enim agile significat. Procul hic dixit: Pœminas intumescere minime debere exemplo palladis ostendit: quæ quā tibiā inflasset: genasque uidisset tumescere: tibiā abiecit: ipsa apud Ouidiū in fastis ita dicente. Prima terebrato p̄ rara foramina buxo Ut daret effeci tibiā lōga sonos: Vox placuit: faciem liquidis referentibus undis Vidi: & uirgineas intumuisse genas: Ars mihi nō tāti est: ualeas mihi tibiā dixi. Excipit abiecitā cespere ripa suo. **Comibus** oculis: læto aspectu. **Innuet:** nutū faciet. **Puer ille:** cupidō. **Rudibō** sagittis: leuibus stimulis. quibus mutuo cōciliantur amantes. **Tegmessana** diligit aiā: quia mœsta erat. **Nos** ilarē populū nos ex ilari turba lætā ēt foeminā uolumus. **Nūq̄** ego te andromache: Andromache quoq̄ uxor hec toris: mœsta erat. **Lux** mea. uerba sunt quō amantes utūtur: uñ Proptius cynthiā crebro uitam: aut lucē appellat. **Quis** uetat a magnis me uetat huiusce rei exēpla sumere a Tegmessa & Andromache ad mulieres ex uulgo: q̄si designet cuiuslibet cōditōis foeminā si sit mœsta: non placere. **Nec** nomē p̄timuisse ducis: nec huic rei obstare q̄ illa dux fuerit: in q̄ tristitia requiritur: p̄inde ac si diceret: quæ natura tristis est: nō modo in rebus bellicis: sed etiā ueneris semp̄ mœret. **Dux** bonus: q̄ Tegmessa & Andromache mœstæ erant: & horridæ: iccirco alterā Aiā præfecit centū equibō: Alterā Hector signa militaria iussit tueri. hoc ē pedestres copias ducere. **Causam** cliētis: causam puellæ: **Clie**ns aut̄ relatiuū est Patroni. **Nemesis:** Tibullus Delia & Nemesis amauit: dicente Ouidio in elegia: in qua deflet Tibulli mortē. Sic Nemesis lōgū: sic delia nomen habebūt. Altera cura recens: altera p̄mus amor. **Cynthia:** propti amica: Eā Hostiā appellatā fuisse scribit Apuleius i magia. **Vesper:** occidentalif plaga. **Lycoris:** galli poetæ amica: Ouidi. Et sua eū gallo nota lycoris erit. Eā Citheridē appellatā fuisse Seruius scribit. **Nost**ra corinna: Corinnæ duæ fuerunt: Altera thebana: quæ scripsit epigramata: & lyrica poemata. de q̄ Proptius. Es sua cū antiquæ cōmittit scripta corinnæ: Altera Thespiā: quæ a quibusdam Corithiā dicitur: Ouidius amicam suam Corinnam appellauit: ab eruditione & formæ elegantia: de qua ipse alibi ita scribit. Mouerat ingenium totam cantata. per urbem Nomine non uero dicta corinna mihi

Delia Nemesis:

Cynthia Hostia Lycoris Citheris Corinnæ duæ

Lumina gorgoneo læuius angue micant.
 I procul hinc dixit: non est mihi tibiā tanti:
 Ut uidit uultus pallas in amne suos.
 Vos quoq̄ si mediā speculum spectetis in ira:
 Cognoscat faciem uix satis ulla suam.
 Nec minus in uultu damnosa superbia uestro:
 Comibus est oculis alliciendus amor.
 Odimus immodicos (experto credite) fastus.
 Sæpe tacens odii semina uultus habet.
 Spectantem specta: ridenti mollia ride.
 Innuet. acceptas tu quoque redde notas.
 Sic ubi prælusit rudibus puer ille sagittis:
 Spicula de pharetra promit acuta sua.
 Odimus & mœstas: tegmessa diligit aiā:
 Nos ilarem populū foeminā læta capit.
 Nūq̄ ego te andromache: nec te tegmessa rogarē
 Ut mea de uobis altera amica foret.
 Credere uix uideor nisi cogat credere partus:
 Vos ego cum uestris concubuisse uiros:
 Scilicet aiaci mulier mœstissima dixit
 Lux mea: quæque solent uerba iuuare uiros:
 Quis uetat a magnis ad res exempla minores
 Sumere: nec nomen pertimuisse ducis:
 Dux bonus huic centum commisit iure regēdos
 Huic equites illi signa tuenda dedit.
 Vos quoq̄ de uobis quæ q̄sq̄ erit aptus in usum
 Inspicite: & certo ponite quenq̄ loco:
 Munera det diues: ius qui profitebitur: adlit:
 Facundus causam sæpe cliētis agat
 Carmina qui facimus: mittamus carmina tantū:
 Nam chorus ante alios aptus amare sumus.
 Nos facimus placidi lautæ præconia formæ.
 Nomen habet nemesis: cynthia nomen habet:
 Vesper & eorū nouere lycoridā terræ.
 Et multi: quæ sit nostra corinna rogant.

Lectus & umbra: amor & oeciū: aut scribendi locus. **Sed** facile hæremus: facile amore capimur. **Valido** æstu: potenti amore. **Ab** arte placida: A studiis poeticis. **Studio:** ingenuis artibus. **Est** deus in nobis. **Idem** etiā oñdit Plato de furore poetico his uerbis. Non. n. arte: sed diuina uī ista dicunt: Nā si de uno quoq̄ istosq̄ partē recte loq̄ scirent: de cæteris quoq̄ oibō idē possent: ob hāc uero causam deus illis mentē subripiens: ipis tanq̄ ministris utitur: oraculorūq̄ nunciis: & diuinis uatibus: ut nos qui audimus: p̄cipiamus nō eos esse. q̄ tam digna referunt: quū suā mentis cōpotes minime sint. Sed hæc deum loqui: & per istos nobis hæc inclamare: unde nō i merito Ennius sanctos poetas appellauit: ut scribit Cicero pro Archia. **Sunt** & commercia cœli: sunt & negocia: seu societates cœli. Nā (ut ēt Plato docet) Homerus nō de aliis rebus agit q̄ de his: quæ & alii poetæ tractāt: nonne multa: quæ ad bellum pertinent: & quæ ad consuetudines bonorū inuicem: & malorum: priuatorum atq̄ opificum attinēt: enarrauit? Et de diis quemadmodum secum inuicē & cum hominibus uersantur: deq̄ cœlestibus passionibus. progressibus. Itē quæ apud ieros sunt deorūq̄: & heroum generationes cecinit: Cōmercium aut̄ proprie dicitur commutatio mercium: & accipitur pro societate: **Liuius.** Aut quo lingua cōmercio quenq̄ ad cupiditatem discendi exciuisset: & Silius: Pacem seruāt commercia culpa. **Viso** casse: cognitis infidiis. **Qui** nuper sensit habenas: qui nondum est domitus. **Comparibus** frenis: æquis habenis. **Artificemq̄** equum domitum accipe: ex quo designat nouū amatorem uiso casse celerius aufugere: q̄ ueterem: & quasi domitum ab amica. **Idem** limes: eadem uia. **Nec** stabiles animos annis: Militum amoris duo genera esse docet: Alterum iuuenum. Alterum maiorum natu: quomodo autē cū utroq̄ agendum sit: designat eleganter Ouidius. **Cingenda** est: munienda est. **Altis** sepibus: ne riuālis ingrediatur. **Non** bene cum focis regna: Sic & Lucanus. **Omnisq̄** potestas Impatiens conforis erit. **Tyroni:** nouo militi amoris. **Franget** postes: amicæ ianuam dicit. **Raptus** capillus: laniati crines ab amante. **Humida** tæda: madefacta: uel uiridi. **Certior** hic amor est: in maioribus natu amor est certior. **Breuis** & foecundior ille: illum dicit: qui est in iuene. **Carpite** poma: fructum colligite o puellæ a Iunioribus anteq̄ discedāt a uobis. **Omnia** tradentur: dabūtur a uobis iuueni amatori. **Portas** referabimus hosti: reconciliabimur amanti: & eum antea exclusum iroducemus. **Ut** sit infida: ut ostendatis eū amare: quū tñ ei sitis infida. **Ut** sit fides: ut uobis adhibeat fides.

Deus in poetis

Poetæ habent commercia cū diis:

Cōmercium

Quod datur ex facili: non semper itro mittendum esse dicit amatorē: ne quod ex facili dederis contemptum pariat: rari- tas enim conciliat rebus admirationem.

Dulcia non ferimus: uiri aspernantur quod facile consecuntur. **R**enouamur ardentiores reddimur in amādo. **S**uis uentis: nimium secundis. **D**icat tibi ianitor: Maritū excludat ianitor. **P**ugnetur acutis: sius uxores uestris uiris diffi- ciles. **M**eis telis: Meis his praeceptis.

Quin petar: quin ardentior siā in aman- da uxore. **D**ū cadat in laqueos: donec capiatur amore uestro: & teneatur irreti- tus. **P**ostmodo riualem: docet quid ser- uādum sit ab amica: posteaq̄ diu amator cum ea uersatus fuerit. **S**enescet amor: fiet debilior. **R**eferato carcere: apertis carceribus: unde equi erumpunt. **E**x- tinctos ignes: amores remissos. **S**ulcitat: accendit: unde & Terētianū illud. Amā- tium ita amoris reintegratio est. **C**ausa tamen nimium: uidendum esse ait: ne ap- te uideat amator ab amica riualem intro- duci. **P**luraq̄ sollicitus: credat magis id ita esse: q̄ certi quicq̄ habeat. **F**icti serui: qui simuletur a marito custodiēdā uxo- ri praepositi. **I**ncitet: stimulet amatorē ad amādum. **V**t sis liberior thaide: quae metu simulabat phaedriam exclusisse: ut a Thrafone pamphilam dono acciperet: ut est apud Terētium in eunucho. Ad- mitte: amantem recipe. **A**dmiscēda tam- en in eo timore est tamen occulte ue- neri indulgendum. **Q**ua uaser eludi: Docet decipiendum esse maritum: & custodem uxoris. **R**ata sit custodia: existimet se uxor habet custodes. **H**oc decet: uirum timeri ab uxore: uel nuptā habere custodes. **T**e quoq̄ seruari. Li- bertinam foeminā docet posse custodes fallere: Est autem uindicta uirga: qua ser- ui libertate donabantur a praetore. a Vin- ditio appellata: ut liuius docet. **Q**uot fuerant argo lumina: centum enim ocu- los habuit Argus: quos caudae pauonis iuno collocauit. **V**erba dabis: decipies.

Sumendae aquae: hauriendae aquae.

Qum possit solea: quum litteras pos- sit calcis celare. **S**ub pede uincto: sub pede calceo iduro. **B**landas notas: litte- ras amatorias.

Quod datur ex facili: longū male nutrit amorē: Miscenda est laetis rara repulsa iocis. **A**n- te fores iaceant: crudelis ianua clament. **M**ultaq̄ summisse: multa minanter agant. **D**ulcia non ferimus: succo renouamur amaro. **S**aep̄ perit uentis obruta cymba suis. **H**oc est: uxores quod non patiantur amari: **C**onueniunt illas: quum uoluere uiri. **C**laude fores: duro dicat tibi ianitor ore. **N**on potes: exclusum te quoq̄ tanget amor. **P**onite iam gladios hebetes: pugnetur acutis. **N**on dubito telis quin petar ipse meis. **D**ū cadit in laqueos captus quoq̄ nuper amator **S**olum se thalamos speret habere tuos. **P**ostmodo riualem: partitaq̄ foedera lecti **S**entiat: has artes tolle: senescet amor. **T**um bene fortis equus referato carcere currit: **Q**um quos praetereat: quosq̄ sequatur habet. **Q**uolibet extinctos iniuria suscitatur ignes **E**n ego confiteor: non nisi laesus amo. **C**ausa tamē nimium ne sit manifesta doloris: **P**luraque sollicitus: q̄ sciat: esse putet. **I**ncitet & ficti tristis custodia serui. **E**t nimium duri cura molesta uiri. **Q**uæ uenit extuto: minus est accepta uoluptas: **V**t sis liberior thaide: finge metus. **Q**um melius foribus possis admitte fenestra: **I**nque tuo uultu uerba timentis habe. **C**allida profiliat: dicatque ancilla: perimus. **T**u iuuenem trepidum quolibet abde loco. **A**dmiscenda tamen uenus est secreta timori: **N**e tanti noctes non putet esse tuas. **Q**ua uaser eludi possit ratione maritus: **Q**uacq̄ uigil custos: praeteriturus eram: **N**upta uirum timeat: rata sit custodia nuptae. **H**oc decet: hoc leges: iusq̄ pudorq̄ iubent. **T**e quoq̄ seruari modo quā uindicta redemit **Q**uis ferat: ut fallas ad mea sacra ueni. **T**ot licet obseruent: modo sit tibi grata uoluptas: **Q**uot fuerant argo lumina: uerba dabis. **S**cilicet obstabit custos: ne scribere possis **S**umendae dabitur quum tibi tempus aquae: **C**onscia quum possit scriptas portare tabellas: **Q**uas tegat in tepido fascia lata linu: **Q**um possit solea chartas celare ligatas: **E**t uincto blandas sub pede ferre notas.

Conscia tergā praebat: quo uice chartae ad amantem scribas. **F**allet & humiduli: Docet lini ut- ridis succo posse amica etiam tuto scribere ad amantem. **A**cumine lini humiduli: acuta auena uiri- dis lini q̄ scribebant amātes: postea carbōis puluere tactae litterae: legebantur. **A**ffuit acrisio: Custo- des falli posse docet exemplis. **S**eruandae puellae: Danaen dicit: quā pater Acrisius in turri aenea clauserat. **F**ecit auum: quia Danae eius filia ex Ioue per seū sustulit. **T**or in urbe theatra: **T**ria Theatra simul & Amphitheatrum scribit Strabo fuisse in eo capo: qui campo Martio adiacet: qui- bus in locis poterit esse puella sine custo- de: **Q**uom spectet iunctos: Quū aspici- at ludos romanos: de quibus in primo di- ximus. **Q**uū sedeat phariae: Sacra isidis dicit: quae ex aegypto romam traslata fue- rit: dicite Lucano: Nos in tēpla tuā ro- mana accepimus isim: ea aut celebrabant a romanis mulieribus castimonia multo- rum dierū. **P**hariae iuueca: Isidis: quae i- uaccā mutata ab aegyptiis colebat. **E**ā lu- nā eē scribit Diodorus: cuius sacerdotes li- neis uelamētis utebantur: ut scribit Apu- leius: unde in primo Ouidius Isim appel- lauit deā linigerā: **O**posa: dans ope- ram: Est enim operari alicui rei operam dare: Propertius: Cynthia iam noctes est operata decē. **S**istris: Sistrū crebra agi- tatione argutū erat multis crepitaculis cir- cūsonātib: unde Papinius id multifonū appellauit: Apuleius in .xi. met. areis atq̄ argētis: imo uero aureis et sistris argu- tū tinnitū cōstrepētis: **S**uae comites: aliae matronae: **Q**ū fuget: quū expellat. **O**culos uirorū: nā sacris bonae deae nō licebat uiros iteresse. Propertius. Sacra bo- nae marib: nō adeūda deae. **P**raeterq̄ si quos: praeter amantes: qui ad haec loca se cōferebāt: ut antea dictū est. **Q**ū custo- de foris: in balneis quoq̄ dicit posse amā- tem cū amica furtim iocari. **A**egrotet: simulet se maleualem. **A**dultera clauis: externa clauis: q̄si altera facta: sicut adul- terinā monetā appellamus: quā i docti fal- sam dicūt: & Apulei? Auctore adulteri- nū uocat: Adulteram etiam mulierē ap- pellamus: quae adulteriū cōmittit. **N**o- mine quū doceat: aut nomine adultera hoc est quā appellamus adulterā: aut do- ceat noie ipso. quo alterā factā significari diximus: q̄si & ipsa possit nobis furtim ia- nuā recludere. Ianua sola: quia sūt & fe- nestrae. **I**lla uel hispano lecta sit uua iugo. **L**aletana: puscia ē hispaniae: quae uinū pessimū mittebat: Martialis. **A** caupone tibi fex laletana petat: potes inquit Oui- dius multo uino uel pessimo ianitori so- nū inducere: aut certe optio uino qd̄ ēt nascebat in hispania lanua praefectū euicēdū eē dicit: nā Pli- nius scribit i hispania lusitana uia copia nobilitari: Elegātia uero Tarraconēsia: atq̄ lauronesia: & Ba- learica ex ifulis cōferūtur italiae p̄mis. **S**ūt quoq̄ q̄ faciāt: Medicamīa eē dicit: q̄bō possint puellae cu- stodes sōno afficere. **L**ethaea nocte: obliuiofo & pfūdo sōno: quae aquae lethaeae iducūt Verg. **E**cce deus ramū lethaeo rot madētē: **V**iq̄ soporātū stygia sup utraq̄ q̄ssa. **T**ēpora: **Q**ū minio custos: id ēt

de: Quom spectet iunctos: Quū aspici- at ludos romanos: de quibus in primo di- ximus. Quū sedeat phariae: Sacra isidis dicit: quae ex aegypto romam traslata fue- rit: dicite Lucano: Nos in tēpla tuā ro- mana accepimus isim: ea aut celebrabant a romanis mulieribus castimonia multo- rum dierū. Phariae iuueca: Isidis: quae i- uaccā mutata ab aegyptiis colebat. Eā lu- nā eē scribit Diodorus: cuius sacerdotes li- neis uelamētis utebantur: ut scribit Apu- leius: unde in primo Ouidius Isim appel- lauit deā linigerā: Oposa: dans ope- ram: Est enim operari alicui rei operam dare: Propertius: Cynthia iam noctes est operata decē. Sistris: Sistrū crebra agi- tatione argutū erat multis crepitaculis cir- cūsonātib: unde Papinius id multifonū appellauit: Apuleius in .xi. met. areis atq̄ argētis: imo uero aureis et sistris argu- tū tinnitū cōstrepētis: Suae comites: aliae matronae: Quū fuget: quū expellat. Oculos uirorū: nā sacris bonae deae nō licebat uiros iteresse. Propertius. Sacra bo- nae marib: nō adeūda deae. Praeterq̄ si quos: praeter amantes: qui ad haec loca se cōferebāt: ut antea dictū est. Quū custo- de foris: in balneis quoq̄ dicit posse amā- tem cū amica furtim iocari. Aegrotet: simulet se maleualem. Adultera clauis: externa clauis: q̄si altera facta: sicut adul- terinā monetā appellamus: quā i docti fal- sam dicūt: & Apulei? Auctore adulteri- nū uocat: Adulteram etiam mulierē ap- pellamus: quae adulteriū cōmittit. No- mine quū doceat: aut nomine adultera hoc est quā appellamus adulterā: aut do- ceat noie ipso. quo alterā factā significari diximus: q̄si & ipsa possit nobis furtim ia- nuā recludere. Ianua sola: quia sūt & fe- nestrae. Illa uel hispano lecta sit uua iugo. Laletana: puscia ē hispaniae: quae uinū pessimū mittebat: Martialis. A caupone tibi fex laletana petat: potes inquit Oui- dius multo uino uel pessimo ianitori so- nū inducere: aut certe optio uino qd̄ ēt nascebat in hispania lanua praefectū euicēdū eē dicit: nā Pli- nius scribit i hispania lusitana uia copia nobilitari: Elegātia uero Tarraconēsia: atq̄ lauronesia: & Ba- learica ex ifulis cōferūtur italiae p̄mis. Sūt quoq̄ q̄ faciāt: Medicamīa eē dicit: q̄bō possint puellae cu- stodes sōno afficere. Lethaea nocte: obliuiofo & pfūdo sōno: quae aquae lethaeae iducūt Verg. Ecce deus ramū lethaeo rot madētē: Viq̄ soporātū stygia sup utraq̄ q̄ssa. Tēpora: Quū minio custos: id ēt

docet Apuleius libro nono met. de quodam Mymece. Quæstus eram. Admonet metuendas esse æquales: ne amatores relicta amica illas ament. Et lepus hic. hæc præda. Hæc quoque quæ præbet lectum. Metuedam quoque esse eam dicit: quæ tibi locum præbuit ubi cum amatore coisti. Mecum non semel illa fuit. eam enim compressi: quod item poterit fieri a tuo amatore. Vicem dominæ: quia cum illa re habui loco dominæ. In hoste mittor. aperiendo consiliū foeminis: quæ tanquam hostes uiris insidiantur. Aperto pectore: apertis & nudis consiliis. Viderit utilitas: quasi dicat post habenda est utilitas hominum præceptis: quæ foeminis damus. Lemniadū gladios: artes muliebres: quibus contra uiros utuntur: tanquam gladiis lemniades: quæ una nocte uiros trucidarunt. Dolor & de pellice fictus: quæ uir amorem alterius foeminæ teneatur.

Et laniet digitis. prælia puellæ cum a mantibus designat. Horatius: Nos prælia uirginū Sectis in iuuenes unguibus acrim. Procris erit. Procridis Erichthei athenarū regis filie fabulā narrat. quæ est in septimo met. plenius exequitur. Florentis hymeti. uestitur enim semper floribus Hymetus mons atticæ melle celebratus: & effossione marmoris: ut Strabo scribit. unde Plinius scribit columbas quatuor hymetii marmoris ad scænam ornadâ aduectas fuisse. Rosmaris. Rosmaris est a Plinio libanotis appellatur. Et laurus. Laurus (ut Diodorus docet) ab apollinæ inuenta est: ob idque ei cōsacrata fertur. Triumphis dicata erat: gratissima laetrix domibus cæsarū atque pontificū: dicente Ouidio in met. Tu ducibus lætis aderis: quæ læta triumphū Vox canet: & longas uisit capitolia pōpas: Postibus Augustis eadē fidissimā custos. Ante fores stabis: mediā que tuebere quercū: & in tristibus. Cur tū apposita uelatur ianua lauro: Cingit & augustas arbor opaca comas. An quæ pēturos meruit domus ista triūphos: An quia leucadio semper amata deo: Ipsa uel quæ festa est: an quæ facit omnia festa. Quæ tribuit terris: pacis an ista nota est: Vtque uiret laurus semper: nec frōde caduca Carpitur: æternū sic habet illa decus: Cur autem lauro in triumphis honos fuerit: docet Plinius libro. xv. Nigraq; myrtus: Myrtus arbor est ueneri dicata: Vergilius: Formosæ myrtus ueneri: Eius genera tria prodidit Cato: Candidā: Nigram: Cōiugalem: hæc postrema ita appellat. quæ coniugis dicata sit: & a græcis Agia dicit: Catullus: Floridis uelut enitēs Myrtus agia ramulis. Et densum foliis buxum: laus est arboris: quæ quanto est densior foliis: tanto pulchrior uidet: & topiario operi magis apta: Buxus aut plurima nascebat in cytoro mote paphlagōæ: ut Solinus scribit: Verg. & iuuat udatē buxo spectat cytoræ: Buxus est plurima nascebat in pyreneis montibus: ac berecynthio tractu ut Plinius docet. Fragileq; mirycæ: Mirycæ (ut Ser. scribit) uirgulta sūt hūilima: Verg. Nō oēs arbuta iuuat hūilescq; mirycæ: scribit Plinius. Mirycæ fruticē nasci in italia: & Tamaricē ab alijs appellari. Nec tenues cytisi. Cytisus frutex est miris laudib; celebra-

Procridis Fabula: Hymetus

Rosmaris seu libanotis Laurus:

Myrtus: & eius genera

Buxus

Cytorus:

Miryca: Cytisus

Quæstus eram. memini: metuendos esse sodales.

Non tangit solos ista querela uiros.

Credula si fueris: aliæ tua gaudia carpent.

Et lepus hic alijs exagitat' erit.

Hæc quoque quæ præbet lectum studiosa locūque:

Crede mihi: mecum non semel illa fuit.

Nec nimium uobis formosa ancilla ministrat.

Sæpe uicem dominæ præstitit illa mihi.

Quo feror ilanus: quid aperto pectore in hoste

Mittor: & indicio prodor ab ipse meo.

Non auis aucupibus monstrat: qua parte petat.

Non docet infestos currere cerua canes.

Viderit utilitas. ego cœpta fideliter edam.

Lemniadum gladios in mea damna dabo.

Efficit: & facile est: ut nos credamus amari.

Prona uenit cupidis in sua uota fides.

Spectet amabilius iuuenem: & suspitet ab imo

Fœmina. tam sero cut ueniatque roget.

Accedant lachrymæ: dolor: & de pellice fictus:

Et laniet digitis illius ora suis.

Iam dudum persuasus erit: miserebitur ultro:

Et dicet: cura carpitur ipsa mei.

Præcipue si cultus erit: speculoque placebit:

Posse suo tangi credat amore deas.

Sed te: quæcunq; es moderate iniuriâ turbet:

Nec sis audita pellice mentis inops.

Nec cito credideris: quantum cito credere lædat:

Exemplum uobis non leue procris erit.

Est prope purpureos colles florentis hymeti

Fons sacer: & uiridi cespite mollis humus.

Silua nemus non alta facit. tegit arbutus herbæ:

Rosmaris: & laurus: nigraque myrtus olent:

Nec densum foliis buxum. fragileque mirycæ.

Nec tenues cytisi: cultaque pinus abest.

tus ab Antinomacho atheniensi pabulo ouiu: Aridus est suu: eo lætior est facietas: & perquam modico pinguefcit qudrupedia: ita ut iumeta ordeu spernat: non ex alio pabulo lactis maior copia. aut melior. Super omnia pecorum medicina a morbis omni usu præstante: ideo nutricibus in defectu lactis. aridum: atque in aqua decoctum potui cum uino dari iubet: & firmiores celsioresque infantes fore: Cytisus autem in cytho insula primum inuentus: inde in omnes cycladas: mox in urbes græcas translatus magno casei prouentu: rarum hunc fruticem in Italia fuisse Plinius scribit. Cultaque pinus. aut po-

Pinus cul

lenibus impulsæ zephyris: auraque salubri: Tot generum frondes: herbaque summa tremitt: Grata quies cephalo. famulis canibusque relictis Lassus in hac iuuenis sæpe refedit humo. Quæque meos releues æstus cantare solebat Accipienda sinu mobilis aura ueni. Coniugis ad timidam aliquis male sedulus aures Auditos memori detulit aure sonos: Procris ut accepit nomen quasi pellicis: auræ: Excidit: & subito mota dolore fuit. Palluit: ut sera lectus de uite racemus: Palescunt frondes: quas noua læsit hyems. Quæque suos curuant matura cydonia ramos: Cornaque adhuc nostris non satis apta cibis. Vtque animus rediit: tenues a pectore uestes Rumpit: & indignas fauciat ungue genas. Nec mora: per medias sparsis furibunda capillis Euolat: ut thyrso concita baccha: uias. Ut prope peruentum est: comites in ualle reliquit. Ipsa nemustacito clam pede fortis inuit. Quid tibi mentis erat: quum sic male sana lateres Procri: quis attoniti pectoris ardor erat: Iam iam uenturam quæcunq; erat aura putabas Scilicet atque oculis probra uidentia tuis. Nunc uenisse piget: neque enim deprædere uelles: Nunc iuuat. incertus pectora uersat amor. Credere quæ iubeat: locus est: & nomen: & index Et: quia mens semper: quod timet: esse putat. Vidit ut oppressa uestigia corporis herba. Pulsantur trepidi corde micante sinus. Iamque dies medius tenues contraxerat umbras: Inque pari spatio uesper & ortus erat. Ecce redit cephalus proles cyllenia siluist: Oraque fontana feruida pulsat aqua. Anxia procri lateres: solitas tacet ille per herbas. Et zephyri molles: auraque dixit: ades. Ut patuit miseræ iocundus nominis error Et mens & rediit uerus in ore color. Surgit. & oppositas agitato corpore frondes Mouit in amplexus uxor itura uiri.

nis ornata: aut cultam appellat ad differentiam pinastris. hoc est pinus siluestris: quæ ut Plinius docet: est miræ altitudinis: & a medio ramosa: sicut pinus in uertice: quæ hanc ob causâ ab Ouidio in ultimo met. Succincta appellatur: quasi cineta & alligata uideatur densis & ramosis brachijs a uertice in altum tendentibus. ut in enarrationibus nostris in Ouidium met. docuimus. Mobilis aura. agitabilis uente: Coniugis. procridis. Auditos sonos: audita uocem: qua aurâ uocabam. Quasi pellicis: credidit enim aurâ uocatam non uentum esse: sed pellicem.

Succincta pineta:

Ut sera lectus de uite racemus: ut esse solet uua maturior: & serius collecta. Palescunt frondes: ut pallent frondes: Noua hiems: nam extrema parte autumni ad ueniente hieme folia decidunt ex arboribus: Vergilius: Quam multa in siluis autumni frigore prius lapsa cadunt folia: Scribit Plinius plurimis arboribus folia cadere autumno: quædam tardius amittere: atque in hiemes prorogare moras: Decidere Tymæus Mathematicus sole scorpionem transeunte sideris uel ut quodam ueneno aeris putat. Matura cydonia: Mala ea: quæ a nobis uocantur Cotonea: a græcis uero cydonea. ex creta insula aduecta dicunt: Incuruatos trahunt ramos: prohibentque crescere eorum parentem. plura eorum genera ponuntur a Plinio libro. xv. Non satis apta: nondum matura: Ut thyrso concita baccha: Trieterica noctu celebratur: ad quas bacchæ concurrebant passis per colla capillis: portabant autem hastam Pamphini inuolutam: quæ thyrsum appellabat cingebantque caput uirginea corona dicit Ouidio: Noctē sua est egressa domo regina: deique Ritibus instruitur: furialiaque accipit arma. Vite caput tegitur: lateri ceruina sinistro Vellera dependent. humero leuis incubat hasta. Locus est. quo ueniebat cephalus. Et nomen. auræ. Et index. accusator cephalis & auræ: Tenuis contraxerat umbras: quia sol tunc erat ardentissimus: et tenuiores umbræ uidebantur. Inque pari spatio: Mediū diē per diuersa uerba designat. Ecce redit cephalus proles cyllenia. Cephalus in met. ab

Casus foliorum Autumnus:

Cotonea Cydonia:

Trieterica Thyrsus

Cephalus

Cephalus proles cyllenia

Ouidio xoli: a Strabone Deionei filius fuisse fertur: qui ex athenis profugus ab amphitrione dulichium accepit: ab eoq; postea insula Cephalenia est appellata: cur autem ab Ouidio proles cyllenia dicatur: docet Strabo in decimo his uerbis: Nec uero Hellenicus Homero concordat Dulichium cephaleniam nuncupans: Illud enim sub megete fuisse perhibetur: sicut & Echinades reliquae: Eius autem Inquilini Epei sunt dicti ab Elide profecti: Quamobrem otum cyllenia de gente phyllei socium magnanimatorum ductorem Epeorum uocat: Ergo ab Oto cyllenes Eleorum am-

porii olim incola & ductore epeorum: qui dulichium incolebant. quod postea Cephalus tenuit: dictus e Cephalus proles cyllenia: q; autem cyllene sit Eleoru emporium docet Strabo in. viii. Hic locus: pectus meum **C**Acephalo uulnera semper habet. prius enim sollicita eram: ne captus esses aurae amore: nunc uero me iaculo fixisti: **T**e positam: te superiniectam. quasi dicat. sepulta minus sentia mortis dolorem. quoniam aurae suspitoe leuata su. In auram in uentum. Sequitur at Ouidius eos. qui animam aere esse dicunt & in materiam suam redire autumant: Sic Vergilius. Atq; in uentos uita recessit. **C**hara lumina conde manu. Scribit Plynus morientibus oculos operire: rursumque in rogo patefacere quiritium magno ritu sacratum fuisse: Ita more condito: ut neq; ab homine supremum eos spectari fas est: & caelo non ostendi nephas. solebat autem propinquiores mortuorum oculos claudere. Ouidius. Respice laertem. ut iam sua lumina condas Extremum fati sustinet ille diem: **S**ed repetamus iter: a diuerticulo ad rem redeamus.

Propingo ores moruis oculos clauderant:

Nudis rebus: apertis uerbis & exemplis. **I**n conuiuia ducam. ut doceam quomodo coenadu sit apud amicam. **P**osita lucerna. quia iudicio formae obstant duo nox scilicet: & ebrietas. **M**axima laena: maxima conciliatrix. quasi quaedam lena **T**uis uitis. tuae turpitudini. **N**e uenim prae sume dapes. nec coram amatore nimium edendo dapes absumas. **S**ed sine citra. Ordo est: Sed desine esse paulo citra q; cupias: & sine esse paulominus q; potes: esse autem infinitus est: ab edo uerbo deductum: non a sum: Suetonius in Tiberio. Quasi biberent: quando esse nolent. **N**on male facis. non discrepas. **H**oc quoq; uide subaudi. **A**nimusq; pedesq; Constant: q; tum mens. & pedes a uino sint illaesi. **N**ec quae sint singula. nec quae sola sunt: duo uideantur: quod ebriis accidit. **T**urpe iacens mulier. quae temulenta se sternit. & dormit. **P**ati quoslibet concubitus: cum humilimo quoque coire: tanquam uilissimum scortum. **M**ulta pudenda. **V**t stertere. **V**lteriora pudet: Erubescio ea dicere: quae in coitu fieri debent. **A**lma dione. Alma uenus.

Ille feram sonuisse ratus iuueniliter arcum.
Corripit: in dextra tela fuere manu.
Quid facis infelix: non est fera supprime tela.
Me miserum iaculo fixa puella tua est.
Hei mihi conclamat fixisti pectus amicum:
Hic locus a cephalo uulnera semper habet.
Ante diem morior: sed nulla pellice laesa:
Hoc faciet positam te mihi terra leuem.
Nomine suspectam mihi spiritus exit in auram.
Iam morior: chara lumina conde manu.
Ille sinu dominae morientia pectora maesto
Sustinet: & lachrymis uulnera saeva lauat.
Dixit: & in cauto paulatim pectore lapsus
Excipitur miseri spiritus ore uiri.
Sed repetamus iter: nudis mihi rebus agendum est:
Ut tangat portus fessa carina suos:
Scilicet expectas: ut te in conuiuia ducam.
Et quaeris monitus hac quoq; parte meos:
Sera ueni. positaq; decens incede lucerna.
Grata mora uenies: maxima lena mora est:
Et si turpis eris: formola uidebere cunctis:
Et latebras uitis nox dabit illa tuis.
Carpe cibos digitis: est quidam gestus edendi.
Ora nec immunda tota perunge manu.
Neue diu praesume dapes: sed desine citra
Quam cupias paulo: quam potes: esse minus:
Priamides helenen auide si spectet edentem:
Oderit: & dicet. stulta rapina mea est.
Aptius est: decet atq; magis potare puellas.
Cum ueneris puero non male bacche facis:
Hoc quoq; qua patiens caput est: ai: usq; pedesq;
Constant. nec: quae sint singula: bina uide
Turpe iacens mulier multo madefacta lyxo
Digna est concubitus quoslibet illa pati.
Nec somno tutum est posita succumbere mensa
Per somnos fieri multa pudenda solent.
Vlteriora pudet docuisse: sed alma dione

Alma dione. Alma uenus.

Vna figura. unus coeundi modus: Sunt enim multi: quos poeta describit. **S**pectetur tergo. id & caetera huiusmodi interpretetur uenus: nos quoniam nimis est obscenum silentio praeteribimus: **T**hebaeis. Andromache filia Eetionis thebarum in cilicia regis. **U**t phylleia mater: tanquam quae bacchi sacra celebrans: demittit capillos per colla. Ouidius in fastis: **V**t quas audivere solemus Threicias fuisse menades ire comis: & Amata Vergiliana ita loquitur: Soluite crinales uittas: capite orgia mecum: **P**hylla autem Magnesia oppido: baccham phylleiam appellauit

Præcipue nostrum est: quod pudet iquit opus:
Nota sibi sit quaeq; modos a corpore certos
Sumite: non omnes una figura decet.
Quae facie praesignis erit: resupina iaceto.
Spectetur tergo: cui sua terga placent.
Mimalion humeris atalanta crura ferebat.
Si bona sunt hoc sunt aspicienda modo.
Parua uehat equo: quod erat longissima nunquam
Thebaeis hectoro nupta refedit equo.
Strata premat genibus paulum ceruice reflexa
Foemina per longum conspicienda latus.
Cui femur est iuuenile: careret quoq; pectora meda
Stet uir in obliquo fusa sit illa toro.
Nec tibi turpe puta crinen: ut phylleia mater
Solueret: & effulis colla reflecte comis.
Tu quoq; cui rugis uterum lucina notauit:
Ut celer auerfis utere parthus equis.
Mille modi ueneris: simplex minimiq; laboris:
Quum iacet in dextrum semilupina latus.
Sed neq; phoebei tripodes: nec corniger ammon
Vera magis uobis: quam mea musa canet.
Si qua fides artu: quam longo fecimus usu:
Credite praestabunt carmina nostra fidem.
Sentiat ex imis uenerem resoluta medullis
Foemina: & ex aequo res iuuet ista duos.
Nec blandae uoces: iucundaq; murmura cessent:
Nec taceant mediis improba uerba iocis.
Tu quoq; cui ueneris sensum natura negauit
Dulcia mendaci gaudia singe sono.
Infelix cui torpet hebes locus ille puella:
Quo pariter debent foemina uirq; frui:
Tantum quum singes: ne sis manifesta caueto:
Effice per motum: luminaq; ipsa fidem.
Quod iuuat: & uoces: & anhelitus arguat oris.
Ah pudet: arcanas pars habet illa notas.
Gaudia post ueneris quae poscit munus amanti:
Illa suas nolit pondus habere preces.

Iam puella simulet se pariter cum amante solutam esse in uenerem. etiam si non fuerit.

Phylla: unde Phylleius declinat

Tripodes

Ammon:

Corniger Ammon:

Cygni Fabula: Olor: Curtus Veneris: Latet aptius: comodus celat: Lusius opus meum: Cygnis discedere tempus. Cygnus uir fuit: post phaeontis casum in auem sui nominis muratus est: ut docet Ouidius in met. & Maro in decimo: latine Olor appellatur: ut Higynius scribit: Dicunt autem olores ueneris currum ueheri: Papini us: Amyclaeos ad frena citauit olores: & Ouidius in met. Vecta leui curru medias cytherea per auras Cypron olorinis nodum peruenerat alis: Sicut et cygni (ut in tusculanis scribit Cicero) Apollini dicantur: ab eo diuinitatem habere uideantur: quia prauidentes quid in morte boni sit: cum cantu & uoluptate moriantur: unde non immerito poeta qui est in tutela Apo Ilinis: & cecinit res ueneris: ab auibus utriusque numini dicatis: uerum se fuisse dicit: Sane currum ueneris non modo olores ducunt: sed etiam columbae: Claudianus: Venus hic inuecta columbis. Apuleius quoque in sexto met. lepidissime docet quatuor candidas columbas picta colla torquentes iugum ueneris gemu subire: & currum deae prosequentes gannitu constrepenti lasciuire passeris: & caeteras. quae dulce canticant aues melleis modulis suaue resonantes: aduentum deae praenuntiant. **FINIS.**

Nec lucem in thalamos totis admitte fenestris.
Aptius in uestro corpore multa latent.
Lusus habet finem: cygnis discedere tempus.
Duxerunt collo qui iuga nostra suo.
Ut quondam iuuenes. ita nunc mea turba puellae
Inscribant spoliis. Naso magister erat.

P. OVIDII NASONIS DE ARTE AMANDI FINIS.

BARTHOLOMAEI MERVLAE ENARRATIONES INPRIMUM OUIDII VOLVMEN DE REMEDIO AMORIS.



Egerat huius amor titulum: nomēque libelli: Scripturus de Remedio Amoris Ouidius: primo se excusat Cupidini: ostenditque non ei aduersari uelle suis praecipis: sed his se opem secrete paratum esse: qui adeo impatienter amant: ut quandoque necesse sit nimio amor: aut laqueo: aut ferro: aut alia uia uitam finire: quod quidem alienum esse dicit a cupidinis regnis: qui amantum lacrymis tantummodo contentus Citra mortem iocari solet: Deinde allaturus poeta remedia amantibus Medicinae & Poetarum praeside Apollinem inuocat: Tum demum Narrationem & opus in duos libellos digestum exequitur. **Titulum:** Indicet: Dicitur autem Titulus a uero. quasi titulus: quod tueatur opus auctoris. **Titulus:** Martialis: Vnum de titulo tollere iota potes. **Nomenque libelli:** quod est de remedio amoris. **Tuum uatem:** qui res lasciuas canunt: Vates etiam cupidinis & ueneris esse dicuntur. unde apud Papinimum Cupido de stella poeta ita uenerem alloquitur: Hic tibi plestra didit: mitisque incedere uates Maluit: & nostra laurum subtexere myrto: Agathon quoque in Platonis conuiuio scribit amorem esse adeo sapientem ut alios quoque poetas possit efficeret: Quilibet enim licet antea rudis. poeta euadit. quum primum amor afflauerit: **Sceleris damnare:** credendo bella amari in te. cuius ductu & auspiciis saepe numero pugnaui. **Non ego tydides:** non soleo ego pugnare contra te: aut matrem ueneris: ut olim Diomedes: qui (ut in quinto iliados scribit Homerus) ueneris inter frequentiam bellantium secutus perire. atque assecutus: per Ambrosium Peplum: quem ipse charites elaborauerant. immissa lanceae cuspede percussit: extremitatemque tenerae manus facile ad uolam usque transfudit: quo ex uulnere caelestis sanguis. humorque. quibus est diuinis corporibus solet emanare: quippe nec fruge uescuntur dii: nec uinum potant: eoque exagres sunt: & immortales nominantur. **In liquidum rediit aethera martis equis.** Venus enim a Diomede uulnerata Martem his uerbis Orauit. Suscipe me frater suauissime: comodaque mihi parumper equos tuos: ut in caeleste domicilium deorum pergam: Atroci namque cruciatu conficior saucia ferocissimi Diomedis manu: qui est (quae sua audacia est) cum ioue ipso pugnaret: Sic locuta: exoratisque equis moestitia grauis in currum ascendit. & aurigante Iri: equosque sua sponte rapidos: et uerberibus addere cursu urgebat: in uastum olympum continuo perlata est. **Tepent. frigent.** Plautus. Hic homo factus est tepidior: aut certe temperate amant: Tepidum enim dicitur medium inter calidum & frigidum Ouidius in met. Tepidior: iofaria pasti: **Qua posses arte parari:** quod posses conciliari amantibus: de signat autem libros artis amatoriae. **Et quod nunc ratio est:** & nunc quod ratione agitur in remediis amori affrendis Est enim ratio gerendorum ordo ex causa uenientium: ut quod quo loco facias: ac dicas intelligas: Causa uero est animi impulsus ad aliquid agendum. **Impetus ante fuit:** antea enim in praecipis amatoris usi sumus impetu & quasi cursu incerto: potiusque ratione. **Nec prodimus: nec tanquam proditores oppugnamus:** **Nostros artes. nostra amatoriae praecipia:** **Retexit: destruit:** **Feliciter ardet. si feliciter amat.** Et uero nauiget ille suo: & amare pergat. **Male fert: agere patitur:** **Regna: impia. iulsa:** **Indignae puellas. uilis amicae: & non dignae illis regnis** Ne peat. ne conficiat amore. **Nrae artis.**

P. OVIDII NASONIS DE REMEDIO AMORIS LIBER PRIMVS INCIPIT.



Egerat huius amor titulum nomēque libelli: Bella mihi uideo: bella parantur ait. Parce tuum uatem sceleris danare cupido: Tradita qui toties te duce signa tuli. Non ego tydides: a qua tua saucia mater

In liquidum rediit aethera martis equis.
Saepe tepent alii iuuenes: ego semper amauit.
Et si quid faciam nunc quoque quæris: amo.
Quin etiam docui: qua posses arte parari.
Et quod nunc ratio est impetus ante fuit.
Nec te blande puer: nec nostras prodimus artes:
Nec noua praeteritum musa retexit opus.
Si quis amat: quod amare iuuat: foeliciter ardet.
Gaudeat. & uento nauiget ille suo.
At: si quis male fert indignae regna puellae:
Ne pereat: nostrae sentiat artis opem:

Titulus: Cupido poetas efficit: Venus uulnerata a Diomede: Tepidus: Ratio: Causa: A

nostrorum præceptorum. **N**odatus collum: habens collum ligatum. Est autem Sinecdoche nota figura. **T**riste onus, lugubre & infelix pondus. **H**abes inuidiam, cædis: habes odium mortis: quia amore illum periisse intelligunt. **N**isi desierit, nisi flagranti amori destiterit indulgere. **D**elinat: amare desistat meis præceptis. **M**ollia regna: lasciuia: & innoxia imperia, quibus præfectus es. **P**oteris uti, poteris armari & pugnare: si uoluisses: ut amantes intererent. **N**udis sagittis: uel ex promptis ex pharetra: uel non occulto: sed aperto Marte. **S**ed tua mortifero, ideo non

Mars & eius inuentum:

Vitricus

pugnans nudis sagittis: quia spicula tua non sunt lætifera. **V**itricus & gladii. **M**artē designat: quē Diodorus scribit primū fabricatis armis armasse milites: pugnādīq; ac certādi morē iduxisse: eos qui diis aduersi essent interficientē. **E**undem etiam **H**omerus refert inter omnes cœlestes ioui eē maxime inuisum: quem nihil iuuat, nisi rixā: nisi pugna: nisi bella, uere redētem ingenium lunonif ferox, uastum, contumax: & malignū. **V**itricus autē (ut **M**odestinus Iuriconsultus scribit) appellatur matris uir ex alio uiro natis: **M**ars enim **V**itricus dicitur **C**upidinis: quonia eo uenus mariti **V**ulcani loco abutebatur. **M**aternas artes: iocos ueneris matris. **Q**uibus tuto utimur: **Q**uibus nos amantes utimur sine mortis periculo. **E**t quarum uitio: & eas artes cole subaudi: **N**ulla fit orba parens, nulla mater liberis priuatur. **N**octurna frangatur ianua rixa. **E**xclusi enim proterui amantes noctu feriebant amicæ fores crebris ictibus: ut antea diximus. **E**t tegat ornatas, noctu ēt amantes foribus coronas figebant, aut in limine relinquebant: unde i secūdo de arte ita præcipit **O**uidius. **P**ostibus: & duræ supplex blandire puellæ. **E**t capiti demptas in fore pone rosas. **E**t **P**ropercius: **E**t mihi non desunt turpes pendet corollæ. **E**t modo blanditias, sic **T**ibullus ianuam execrando inquit. **I**anua difficilis dominæ te uerberet imber: **T**e iouis imperio fulmina missa petat: & paulopost blanditiis utitur: quū iquit. **E**t mala si qua tibi dixit demētia nostra **I**gnoscas: capiti sint precor illa meo: **E**t exclusus flebile cætet amans: **E**xclusus amator flebili cantu queratur: ut facit **O**uidius in ea elegia: quæ sic incipit: **I**anitor in dignæ dura religate catena. **N**ec tua fax, facem intelligit, qua cupidus amantem urit. **R**ogos auidos, cupidam mortem & optatam ab amantibus. **A**mor aureus, pulcher cupidus. **G**emmatas alas: gemmas imitantes: radiantem. **M**artialis: **M**iraris quoties gemmātes explicat alas: & **P**apinius. **Q**uæ super imposito moles gemmata colosso. **P**ropositum opus, libros de remedio amoris. **Q**uos suus ex omni: quos suus amor pēitus destituit. **V**ulnus opemq; feret. **V**ulnus intelligit præcepta amatoria: opem uero remedium amoris. **V**ulnus achilleo: **T**elephus (ut in quinto scribit **D**iodorus) filius fuit herculis & **A**uges filia **A**lei regis arcadiæ: qui inter uirgulta iuentus: & a cerua exhibitō ubere nutritus sit. **T**elephi nomē accepit: **H**ic donatus a pastoribus coryto thessaliæ regi: a quo ut filius educatus: uir factus matrem inuestigans, delphos uenit: responsoque accepto, ut in mysiā nauigaret, ad **T**euthrantum regem inuenta matre: cognitoq; cuius

Gemmatas

Telephi Historia

Cur aliquis laqueo collum nodatus amator
Atrabe sublimi triste pependit onus?
Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro.
Inuidiam cædis pacis amator habes.
Qui nisi desierit: misero periturus amore est.
Delinat: & nulli funeris auctor eris.
Et puer es; nec te quicquam: nisi ludere: oportet.
Lude: decent animos mollia regna tuos;
Nam poteris uti nudis ad bella sagittis.
Sed tua mortifero sanguine tela carent.
Vitricus & gladiis & acuta dimicet hasta:
Et uictor multa cæde cruentus eat.
Tu cole maternas tuto quibus utimur artes:
Et quarum uitio nulla fit orba parens.
Effice, nocturna frangatur ianua rixa:
Et tegat ornatas multa corona fores.
Fac coeant furtim iuuenes: timidæq; puellæ.
Verbaq; dent cauto, qualibet arte uiro.
Et modo blanditias: rigido modo iurgia postū
Dicat: & exclusus flebile cantet amans.
His lachrymis cōtentus eris sine crimine mortis:
Nec tua fax auidos digna subire rogos.
Hæc ego: mouit amor gemmatas aureus alas
Et mihi propositum perfice dixit opus
Ad mea decepti iuuenes præcepta uenite:
Quos suus ex omni parte fefellit amor
Discite sanari: per quem didicistis amare.
Vna manus uobis uulnus opemq; feret.
Terra salutaris herbas eademq; nocentes
Nutrit: & urticæ proxima sæpe rosa est.
Vulnus achilleo quæ quondam fecerat hosti

esset filius: magno in honore est habitus: **T**euthrantus uirili stirpe carens **A**rgiopen filiam **T**elepho despondit: eumq; reliquit regni successorem: **G**ræci deinde ignorantes iter ad troiam: in **M**ysiam per errorem peruenerunt: contra quos **T**elephus in pugnam descendens: insequensq; **U**lyssē cecidit: ibiq; ab achille: qui iminebat uulneratur: & quū respondisset oraculum **T**elephi uulnus sanari nō posse: nisi iterum ab achille eodem in loco uulneraretur: in græciam nauigauit: quo ex mysiā græci redierant: promisitque achilli in premium sanati uulneris se ducem futurum ad littus troianum: ac ita sanatus est dicente **O**uidio in met. **E**go **T**elephon hastā pugnatem domui: uictum orantemque refeci: **S**ane iccirco fingitur **T**elephus eadem hastā ictus ab achille esse sanatus: quoniam ferri rubigine usus sit: cuius uis est ligare. sic care: restringet. ut **P**linius docet i. xxxiii. **C**laudianus tamen **T**elephum scribit ab achille sanatum esse uirtute herbaria: cuius cognitionem a chironē centauro didicerat. Ita enim canit. **S**anus achilleis reme auit telephus herbis **C**uius pertulerat uires & sensit i uno **L**œthalem placidamq; manum medicina per hostem **C**ontigit: & pepulit quos fecerat ipse dolores. **P**elias hasta. hasta thessala: a pelio mōte thessaliæ: uel a peleo **A**chillis patre: **F**uit autem ex **F**raxino. ut docet **H**omerus lib. xxii. iliados: **S**trabo in decimo: & **P**linius in xvi. **S**ed quæcunque uiris. **P**rofitetur poeta se hæc præcepta tam uiris: q̄ puellis tradere. **A**d uestros usus: **Q**uia multa dicet agenda a uiris: quæ non decent puellas. **A**tamen exemplo. **E**xemplo præceptorum: quæ uiris dabuntur: poterunt & foeminae quid agendum sit intelligere. **U**tile propositum est. est utile institutum: **S**æuas flammas: amorē intolerabilem. **V**itis: stimulis amoris. **V**ixisset phyllis: **M**ultarum exempla

Cur Telephus eadē hasta dicitur sanatus?

Hasta Achillis:

Medea si lios iugulauit:

Vbi Terei facinus petratū:

Scillæ Fabula.

Alietus: Cyris

Vulneris auxilium pelias hasta tulit.
Sed quæcunq; uiris: uobis quoq; dicta puellæ
Credite: diuersis partibus arma damus:
Ex quibus ad uestros si quid non pertinet usus:
Atamen exemplo multa docere potest.
Vtile propositum est sæuas extinguere flamas
Nec seruum uitis pectus habere suum.
Vixisset phyllis: si me foret usa magistro:
Et per quod nouies: sapius islet iter.
Nec moriens dido summa uidisset ab arce
Dardaniās uentis uela dedisse rates:
Nec dolor armasset contra sua uiscera matrem:
Quæ focii damno sanguinis ulia uirum est:
Arte mea tereus: quanuis phylomena placeret
Per facinus fieri non meruisset auis.
Da mihi palisphaen: iam tauri ponet amorem:
Da phædræ: phædræ turpis abibit amor.
Redde parim nobis: helenen menelaus habebit.
Nec manibus danaum pergama uicta forent.
Impia si nostros legisset scylla libellos:
Hæsisset capiti purpura nise tuo.

proponit: quæ impatientis amoris dederunt poenas: quod non fecissent: si præceptis poetæ uti potuissent. **N**ouies. phyllis enim ad littus sola profecta est: ut prospiceret an **D**emophoon uēret: ut in ultimo huius operis docet **O**uidius. **N**ec dolor armasset: **M**edeam designat. quæ repudiata ab **i** Medea si lios iugulauit: tra sua uiscera: contra suos liberos. **D**amno focii sanguinis: **A**missione liberorum. **A**rte mea tereus. **T**erei regis **d**aulidis fabula nota ē **O**uidii carmē i sexto met. **P**er facinus puim philomenæ illatam. **F**ieri auis: mutari in upupam: id autem **B**iziae in thracia factum fuisse **P**linius sentire uideatur: **S**trabo uero scribit in **M**editerranea secundum delphos paulisper ad orientem **D**aulida op facinus petratū: bulis uulgata sunt: eo in loco patrata memorant: **V**erum **T**hucydides ad **M**egara scribit: loco au Daulis: tem nomen a desitate arborum nomen inditum est: quum **D**aulos densos appellat. **D**a mihi Daulos: hi palisphaen. **P**alisphaes fabula dicta ē superius. **D**a phædræ: **Q**uæ priuigni hippolyti amore exarsit. **I**mpia si nostros. **S**cyllam **N**isi **M**egarensium regis filiam dicit: quæ capta amore **M**inois **A**lietus: **S**cyris **F**abula. **N**es nutricis phœnicis ogigii filia: consilio: patris comam fatalem abscidit: pacta cum **M**inoe coniugium & regnum: **M**inos detestatus puellæ facinus: q̄ patrem prodidisset ac patriam: cuius salus dicitur in purpureo patris capillo constituisse: expugnata **A**lcathoe. in cretam soluit: puellamq; e nauis appendit: ut mari traheretur. **S**ed quum cretæ appropinquasset: **N**eptunus in auem: **C**yrin puellam: **I**uppiter patrem **N**isum in **A**lietum conuertit: qui est ex aquilarum generibus **C**yris appellata est: **A**uctore **O**uidio a coma detonsa: & capillis. qui cyri dicuntur: **E**st auis cristata: quæ **A**laudulam uocant: eam semper **A**lietus insequitur odio perpetuo: ut docet **M**aro.

Affero: **V**indico: **A**ffertor: **A**uctor **H**eroici **C**arminis **M**edicinæ **I**nventor: **P**recor **d**ia:

Damnosas curas: Damnum & mortem afferentes: **R**ecta que cū sociis: sic in primo de arte se Typhim & nauis magistrum appellauit: **P**ublicus assertor: publicus liberator: **A**ffero enim uerbum est medium: sicut uindico: **D**icimus enim **A**fferere tam in seruitutem: q̄ in libertatem uindicare: hic assertor deducitur: **L**iuus. libro tertio. **C**laudio clienti negocium dat: ut uirginem in seruitutem affereret: **V**itiis. Cupidinis stimulis: **S**uppressa pectora: mentes calcatas ab amore. **V**indictæ suæ. libertati propriæ a uindicta uirga. qua serui a prætoribus libertate donabantur: **T**ua laurea. corona ex lauro tibi dicata: **R**eptor carminis. Sic Tibullus. **N**ec profunt elegi: nec carminis auctor Apollo. **V**ersum enim Heroicum (ut Plinius scribit) pythio oraculo debemus. **Q**uidam Phœmonœ Apollinis filiam primam carmen Heroicum cecinisse scribunt: **E**t medicæ opis: & medicinæ facultatis: quam Apollo inuenit. **O**uidius in met. **I**nuentum medicinam meum est: opifexq̄ per orbem **D**icor: & herbarum subiecta potentia nobis: **I**dem etiam docet **A**gathon apud **P**latonem: & **D**iodorus: cuius uerba hæc sunt: **A**pollinem citharæ: eiusq̄ musicæ inuentorem ferunt: **M**edicinæ insuper scientiam diuinandi arte perceptam. qua olim infirmi erant morbos curare soliti: primum attulisse. **M**edenti: remedia amantibus afferenti: **V**traq̄ cura: & poetiæ: & medicinæ facultatis: **D**um licet. dum non adhuc es nimio amori obnoxius. **E**t modici motus. moderatus amor. **T**antum præcordia: sollicitant mētem: quid autem sint præcordia: docet: **P**linius his uerbis. **E**xta homini ab inferiore uiscerū parte separantur membranæ: quæ præcordia appellantur: quia cordi præcendent quod græci appellauerunt phrenas: **S**i piget: te amare. **I**n primo limine: in primo aditu amoris. **S**iste pedem: ne ulterius procedas. **M**ala semina. mala principia: **N**am mora dat uires. **A**mor tardando sumit maiorem uim. & magis augetur: **Q**uæ præbet latas. **P**latonem intelligit: de qua abunde diximus in libris de arte amandi: **L**æsuro iugo: seruituti amoris nocitura: **Q**ui non est hodie: qui hodie nō subtrahit colla iugo læsuro: **V**erba dat omnis amans: amātes omnes se ipsos fallunt: differendo amoris remedia. **R**eperitq̄ alimenta morando: differentes remedia magis alūt amorem amantes. **E**st optima uindictæ: est optima ad liberandum se ab amore. **P**roxima quæque dies: **Q**uia quanto quis celerius iugum amoris ponere festinat: tanto etiam salubrius sibi consulit. **F**luminina magna uides: **P**robat amorem maiora in dies incrementa suscepturum: nisi amantes celeriter amorem reiecerint: **N**on tegetes uultus cortice. **M**utata enim fuit **M**yrtha in arborem: postea q̄ cum patre scelus illud admisit: quod fabulantur poætæ: ut antea diximus. **S**ed quia dele-

Me duce damnosas homines compescite curas.

Rectaq; cum sociis me duce nauis eat.

Naso legendus erat tunc: quum didicistis amare:

Idem nunc uobis naso legendus erit:

Publicus assertor uitiis suppressa leuabo

Pectora: uindictæ quisque faueto suæ

Te precor o uates adsit tua laurea nobis.

Carminis & medicæ phœbe reptor opis.

Et pariter uati: pariter succurre medenti.

Vtraque tutelæ subdita cura tuæ est.

Dum licet: & modici tangunt præcordia motus:

Si piget: in primo limine siste pedem.

Oprime dū noua sunt subiti mala semina: mor

Et tuus incipiens i: e resistat equus.

Nam mora dat uires: teneras mora proquit uas

Et ualidas legetes quæ fuit herba facit.

Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras:

Quo posita est primum tempore uirga fuit.

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli:

Nunc stat in immensum uiribus aucta suis.

Quale sit id quod amas: celeri circūspice mēte:

Et tua læsuro subtrahe colla iugo.

Principiis obsta. sero medicina paratur:

Quum mala per longas conualuere moras.

Sed propera: nec te uenturas differ in horas:

Qui non est hodie: cras minus aptus erit.

Verba dat oīs amās: reperitq; alimenta morando.

Optima uindictæ proxima quæq; dies:

Flumina magna uides paruis de fontibus orta:

Plurima collectis multiplicantur aquis.

Si cito sensisses quantum peccare parabas:

Non tegetes uultus cortice myrrha tuos.

Vidi ego: quod fuerat primo sanabile uulnus.

Dilatam longæ damna tulisse moras:

Etat: **A**ssignat causam: cur amantes non celeriter iugum amoris reiciant. **C**ras quoque fiet idem. **C**ras etiam poterimus ab amore desistere. **T**acitæ flammæ: occultus amor. **E**t mala arbor. nocens amor. quem arbori altius radices figenti comparat poeta: **P**rimi auxilii. q̄ non obstiteris principiis. **M**aius opus superest: maior est difficultas ferendæ opis: **S**ed non. pollice tur poeta se illi quoque allatum remedia: in cuius pectoris amor altius infederit: **O**rdo autem est. **S**ed ille non erit destituendus mihi: quia serior aduocor ægro. **P**æantius heros: philoctetes pæantis filius: aquo Hercules (ut Seruius scribit) in ceta hominem exuens: petiuit: ne alicui sui corporis reliquias indicaret. iurareque coegit: & suas sagittas hydræ felle tinctas dedit: **E**t quum responsum fuisset: Hercules sagittis opus esse ad expugnandam troiā: inuentus est philoctetes: & de Hercule interrogatus: negauit se scire: **D**einde quum cogeretur: confessus est mortuum: sepulchrumq̄ ne iusiurandum falleret nō uoce: sed pede ostendit. **P**ost hæc quum duceretur ad bellum: casu in eum pedem. quo sepulchrum ostendit: sagitta cecidit uulnereque immedicabili confectus est: cuius foetor quum a græcis sustineri non posset: in lemno relictus est: ubi quum p̄stinæ sanitati restitutus esset. ad troiā deductus est: dicente **V**lysse apud **O**uidium in. xiii. met. **N**ec pæantiadem q̄ habet uulcania lemnos **E**sse reus merui: crimē defendite uestrum **C**onsensistis enim: nec me suasisse negabo **V**t se subtraheret belliq; uiaque labori. **T**entauitque se ros requie lenire labores: **P**aruit: & uiuit. **S**upremam manum. ultimum finem: nam post excidium troianum præ pudore noluit in patriam redire: sed in calabriā uenit: ubi petiliam condidit: cuius meminit **M**aro: **N**ascentis morbos: amorem surgentem: **A**dmoueo tardam: **E**go quoque in præsentia ut philoctetes lentius sanari ueterē amorē istituo: sicut prius recentē sanare properabam: **A**ut noua si possis: **D**uobus modis amorem debere sanari ostendit. aut quum nouus ē: aut quum iam uires perdidit: & fessus est amator: nec unquam in medio amoris cursu medicinam esse adhibendam colligit. **N**oua incendia. nouum amorem: quem igni comparant poætæ: unde in primo de arte dixit. **F**lammaque in arguto sæpe reperta foro est. **S**edare: extinguere. **D**ifficiles aditus: causam assignat: quare in medio cursu non possit amor sanari: **I**mpatiens animus: amatoris animus in medio amore constitutus. **Q**uum sua uulnera tangi iam sinet. **Q**uum iam nimio amore saucius morbum ipse suum profitebitur: hic autem declarat poeta quod superius dixerat eo uersu: **A**ut ubi per uires procubuere suas. **E**rit aptus. uidebitur posse sanari. **V**eris uocibus. non fictis uerbis: aut querelis. **Q**uis matrem nisi mentis inops. **D**ocet exemplo non esse in primo impetu remedium adhibendum: sed quum ille iam est extinctus. **I**mpleuerit. expleuerit lachrymis. **I**lle dolor: extincti nati: **E**moderandus erit: **E**rit imminuendus. **T**emporibus medicina ualet: **M**edici enim tempora obseruant: unde ita scribit **S**eneca: **N**ihil est in morbis magis periculosum: q̄ immatura medicina: sicut e contra

Philoctetes

rio nihil salutaris medicina tempeſtiuer data. **D**ata tempore profunt. Vini enim utilitatem æquari uix deorum potentia poſſe Aſclepiades pronunciauit. **V**ina nocent. nam ſi febricitanti de tur. nocebunt: **H**æc ſunt iucundi: duo ſunt amanti contraria ocium & cibus. **S**i tollas: ſi amoueas. **E**t ſine luce faces. Faces quibus incēſis cupido urit amantes. **C**edit amor rebus: quia aliquid agendo amor tollitur. **L**angor & immodici: exprimit hic eleganter poeta: quæ ſint ea ocia quæ amatori dixerat nocere: **S**ub nullo iudice: ſub nullo: qui te cogat e ſtratis ſurgere: Sunt qui legant ſub nullo uindice: hoc eſt ſub nullo. qui liberet a ſomno amantem.

Alea

Aleaque: Alea eſt ludus omnis: qui in fortunæ uarietate conſiſtit: Martialis. Alea prima nuces: & nõ dānoſa uidetur: proprie tamen de Teſſerif dicitur: unde Aleones alea ludentes appellamus. Alea etiam per ſimilitudinem ponitur pro dubitatione: & periculo: Lilius. Nec tam celerem aleam uniuerſi certaminis timeas: & Plinius: Extra omnem ingenii aleam poſitum ciceronem dixit: & apud Suetonium C. Cæſarem fortunæ & periculis ſe committentem: dixiſſe iactam eſſe aleam legimus: quod incertos & audaces ſubeuntibus caſus uulgo exordium eſſe ſolet: ut docet Plutarchus: Lucan^o. Placet alea ſati Alterutrum meſura caput. **T**empora quaſſa. caput nimio uino titubans. **A**mor inſidioſus: cupido qui inſidiatur amantibus: **M**enti uacua: animo ocioſo. **S**unt fora. Docet quo pacto poſſit amator ſe exercendo ocia tollere. **S**plendida caſtra. Forum iudiciale caſtra ciuiliſ togæ elegantiffime appellat poeta. **V**el tu ſanguinea. uel ad bellum proficiſcere. **E**cce ſugax parthus. Bellum parthicum deſignat: quod Tiberius ſumpſit Auguſti Auspiciis: ut in primo de arte amandi etiam diximus: fugacem autem parthum appellat: quoniam parthi in fuga ſolent a tergo ſagittas emittere adeo: ut fugientes non minores hoſtibus afferant calamitates: quæ conſiſtentes: auctores Plutarchus: & Appianus: Propertius. Tela ſugacis equi: Lucanus: Et miſſa parthis poſt terga ſagitta: & Vergilius: Fidentemque fuga parthum uerſique ſagittis: Horatius in ſecundo epiſtolarum Parthos me daces appellat. **B**ina trophæa. & uictis hoſtibus. & fugato. cupidine. Trophæa autem apud græcos fuere arborea amputata eo in loco. ubi hoſtes uiciffent: atque i fugam ueriffent: Amputabāt enī ramos arborū: ac deinde armis ſpoliisque hoſti detractis ornabāt ut eſſet poſteris monumētū uictoriæ præ in eo loco: dicta aut ſunt Trophæa a Troia. i. uertere: quæ hoſtē i fugam ueriffet. Trophæū merebat. **A**etola cuspide: telo Diomedis regis ætoliz: quo ille uenerē uulnerauit. ut antea diximus. Deſignat aut amātes poſſe uenerē i prelio uicere: ut oli dea a Diomede ſupata ē. **Q**uærit ægiſthus: Ex Pelope a quo peloponeſus cognomiata ē: nat^o ē Thyefteſ. quæ cōcubuit cū Europe uxor fratris Atrei: & cū filia pelopea i ceſtū pertraxit: cui^o filius ægiſthus reba

Aleones:

Iacta eſt alea:

Bellū parthicum:

Parthi ſugaces:

Trophæa

Egiſthus

Et data non apto tempore uina nocēt.

Quin etiam accendas uitia: irritetque uetando.

Temporibus ſi non aggrediate ſuis.

Ergo ubi uifus erit noſtra medicabilis arte.

Fac monitis fugias ocia prima meis.

Hæc ut ames faciunt: hæc quæ fecere tuentur.

Hæc ſunt iucundi causa cibulque mali.

Ocia ſi tollas: periere cupidinis arcus.

Contempraque iacent: & ſine luce faces.

Quā platanus riuo gaudet: quā populus unda:

Et quam limoſa canna paluſtris humo.

Tam uenus ocia amat: finem qui quæris amori.

Cedit amor rebus. res age. tutus eris.

Langor: & immodici ſub nullo iudice ſomni:

Aleaque: & multa tempora quaſſa mero:

Eripiunt omnes animo ſine uulnere uires.

Affluit incautis inſidioſus amor.

Deſidiam puer ille ſequi ſolet: odit agentes.

Da uacua menti: quo teneatur opus:

Sunt fora: ſunt leges: & quos tuearis amici:

Vade per urbanæ ſplendida caſtra togæ.

Vel tu ſanguinei iuuenilia munera martis

Suſcipit: delitiæ iam tibi terga dabunt.

Ecce ſugax parthus: magni noua cauſa triumph

Iam uidet in campis cæſaris arma ſui.

Vince cupidineas pariter parthaque ſagittas.

Et refer ad patrios bina trophæa deos.

Vt ſemel ætola uenus eſt a cuspide læſa:

Mandat amatori bella gerenda ſuo.

Quæritur ægiſthus quare ſit factus aduker.

In promptu cauſa eſt: deſidioſus erat.

Pugnabant alii tardis apud ilion armis:

Quo tulerat uires græcia tota ſuas.

bebat cū clytemneſtra: & ambo agamēnonē occiderūt. Nulla gerebat: nulli argos bellū iſerebat. **Q**uod potuit fecit: quæ ægiſtho nihil reliqueret agendū: amoris quod ſolū poterat facere) iduſit. Sic uenerit ille puer: dum aliquis ē ocioſus: ad eū quæ primū accedit cupido. **Q**uid quū ſuppoſitos. Docet iter cætera ruſtica officia: poſſe quoque amatorē mella ex alueariis educere: quo dū hæc opat: aut ſpectat: obliuiſcat amoris: Solēt autē ruſtici alueariis fumum ſubiicere: ut inde apes abigant: & extrahant mella. Vergilius. Si quando ſedem anguſtā: ſeruatque mella Theſauris relines: prius hauſtus ſparſus aquarum Ore foue: fumoſque manu præcede ſequaces: & Plynius: Quum exitantur mella: apes abigi fumo utiliſſimum: ne irāſcatur: aut ipſæ uidæ uoret: fumo crebriore etiam ignauia earum excitatur. **D**epti faui: extracti mellis. Sūt autem Fauicæ reæ tabellæ: i quarum cellulis apes mel reconduūt: & eos diis offerri ſolitos ſcribit Varro in tertio: Apes autem (ut docet Plynius) primum fauos conſtruunt: cæram figunt. hoc eſt domocellaſque faciunt: Deinde ſobolem: poſtea mella: cæram ex floribus: Melliginem e lachrymis arborum: quæ glutinum pariunt: ſalicis: ulmi: arundinis ſucco: gummi reſina: his primum alueum ipſum intus totum: ut quoddam teſtorio illinūt: & aliis amarioribus ſuccis cōtra aliarū beſtiarum auiditates. **V**imina curua: aluearia ex uiminibus intexta. ſunt enim aut ex cauatis corticibus: aut ex textis uiminibus. Vergilius: Ipſa autem ſeu corticibus tibi ſuta cauatis: Seu lento fuerint aluearia uimine texta Anguſtos habeant aditus. **D**eſectas herbas: frumēta intellige. **V**erit humū: terrā trahit: nā arationē (ut Plynius docet) occatio ſegē: ubi res poſcit crate: uel raſtro: & ſato ſemine iteratio. alii legūt uertit humū. hoc ē arat

Quomodo eximūtur mella:

Faui

Aluearia:

Quando eſt inferendum:

Luna ſitens Inferendi modi:

Inſitio

Inoculatio Comæ profundibus Crinitur arbor

Siue operam bellis uellet dare. nulla gerebat.

Siue foro: uacuum litibus argos erat.

Quod potuit: fecit. ne nil ageretur: amauit.

Sic uenit ille puer. ſic puer ille manet.

Rura quoque oblectant animos ſtudiumque colēdi.

Quælibet huic curæ cedere cura poteſt.

Colla iube domitos oneri ſupponere tauros:

Sauciet ut duram uomer aduncus humum.

Obrue uerſata cerealia ſemina terra.

Quæ tibi cum multo ſcœnore reddat ager.

Aſpice curuatos pomorum pōdere ramos.

Vt ſua: quod peperit: uix ferat arbor onus:

Aſpice labentes iucundo murmure riuos.

Aſpice tondentes fertile gramen oues.

Ecce petunt rupes. præruptaque ſaxa capellæ.

Vt referant hædis ubera plena ſuis.

Paſtor inæquali modulatur arundine carmen.

Nec deſunt comites ſedula turba canes.

Parte ſonant alia ſiluz mugitibus alæ.

Et queritur uitulum mater abeſſe ſuum.

Quid. quum ſuppoſitos fugiunt examina fumos.

Vt releuent dempti uimina curua faui:

Poma dat autūnus: formoſa eſt meſſibus æſtas:

Ver præbet flores. igne leuatur hyems.

Temporibus certis maturam ruſticus uuam.

Colligit: & nudo ſub pede muſta fluunt.

Temporibus certis deſectas alligat herbas:

Et tonſam raro pectine uertit humum.

Ipe poteſ riguis plantam deſigere in hortis.

Ipe poteſ riuos ducere lenis aquæ.

Venerit inſitio: ſacram ramus adoptet.

Setque peregrinis arbor operata comis.

Qum ſemel hæc animū cœpit mulcere: uoluptat

Debilibus pennis irritus exit amor.

Vel tu uenandi ſtudium cole: ſæpe reſeſſit

Turpiter a phœbi uicta ſorore uenus.

enæ arboris. nam ceraſus in ſalice: Platanus in lauro: Laurus in ceraſo naſcuntur: Comas autem profundibus eleganter ponunt poetæ: quæ ſunt crines arborum. unde a Papinio crinitur arbor profunduſcit dictum eſt. **V**oluptas: agricultura. **P**hœbi ſorore: a diana quæ eſt uenationis dea.

Nocte fatigatum somnus: quum hæc fecerit amator: somni erit cupidus: non amica. **L**euat membra: fouet corpus.

Dulci quiete: dulci somno. Aut Lino: aut rætib? **A**ut Calamis: aut sagittis. Propertius. Et stricto figere auem calamo: aut calamum aucupatorium intelligit: quo uiscato aues capiuntur: Martialis. Pallida dum tacita crescit arūdo manu: Auiceps enim surgens: paulatim calamos eleuabat. & eos auibus subiiciebat. Silius: Sublimē calamo sequitur crescentem uolucrum. **V**el quæ piscis edax: eicā illam dicit: qua hamo affixa: pisces capiuntur. **A**era recurua: hamos intellige.

Tu tamen & quis: Docet etiā longius ab amica discedendum esse. **N**ec te peregrina morētur: Sabbata: Sabbati enim diem aliquo profecturi: tanq̄ atrum: & p̄niciosum propter frigidum: & nocens: Saturni sidus maxime uerentur: & infœlix existimāt: Tibullus: Saturni sacram tenuisse diem: peregrina autem ideo appellat. quia peregrini iudæi eum diē imprimis obseruāt: ut atea diximus. **A**lea nata: Sortes: quæ alea iaciebatur: quum aliquo proficiscendū erat: de quibus intellexit Tibullus eo carmine. Illa sacras pueri sortes ter sustulit: illi Rettulit e triuis omnia certa puer. **T**uis damnis: quæ alea. somnus: & ocium: quibus dedit operam amator: animos eneruant: & amorē nutriunt: ut superius docuit poeta. Nec prope finge moras: nec prope patriā finge uelle morari. **M**ensa negata mihi ē: cibus ē mihi negatus. **P**ars hæc: animū intellige. Sed tamen est artis: ostēdit maiorem difficultatem remedii esse i prima statim curatione. **P**renfos iuuēcos: aratro subditos. **P**retendens: demonstrās. **S**plēdida uerba: ornatas causas tui reddi tuis. **C**entum solatia curæ: Ordo est. Et rus: & comites: & uia longa dabunt centum solatia curæ: id est amoris. **L**ētus ab esto: diu ablis ab urbe. **C**inis: amor.

Firmata mēte: stabili mēte: & quæ amorē posuerit. **A**mor rebellis: amor qui in te renouat arma: **R**ebellis enim pro-

re est qui facta pace: bellum renouat.

Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci:

Nunc in frondolis rætia tēde iugis. **A**ut puidos tere uaria formidine ceruos: **A**ut cadat aduersa cuspide fossus aper: **N**octe fatigatum somnus: nō cura puellæ.

Excipit: & dulci membra quiete leuat. **L**enius est studium: prodest tamen. alite capta **A**ut lino: aut calamis præmia parua sequi. **V**el quæ piscis edax auido male detoret ore.

Abdere supremis æra recurua cibis: **A**ut his: aut aliis: donec dediscis amare: **I**pse tibi furtim decipiendus eris.

Tu tamen & quāuis firmis retinebere uinclis: **I**procul: & longas carpere perge uias.

Flebis & occurret deserta nomen amica. **S**tabit & in mediā pes tibi læpe uia.

Sed quanto minus ire uoles: magis ire memento. **P**erfer: & inuitos currere coge pedes.

Nec pluuias opta: nec te peregrina morentur **S**abbata: nec damnis alea nata tuis.

Nec quot transieris: sed quot tibi quære superlūa **M**ilia: nec maneat: nec prope finge moras: **T**empora nec numera: nec crebro respice romā.

Sed fuge: tutus adhuc parthus ab hoste fuga ē. **D**ura aliquis præcepta uocet mea: dura fatemur **E**sse: sed ut ualeas: multa dolenda ferēs:

Sæpe bibi succos: quāuis inuitus: amarus **A**eger: & oranti mēsa negata mihi est.

Vt corpus redimas: ferrum patieris & ignes. **A**rida nec sitiens ora leuabis aqua.

Vt ualeas animo: quicquā tolerare negabis? **A**t pretium pars hæc corpore maius habet.

Sed tamē est artis tristissima ianua nostræ. **E**t labor est unus tempora prima pati.

Aspicis ut prenfos urant iuga prima iuuēcos: **V**t noua uelocem cingula lædat equum?

Forsitan a laribus patriis exire pigebit: **S**ed tamen exhibis: deinde redire uoles.

Nec te lar patrius: sed amor reuocabit amica: **P**retendens culpæ splēdida uerba tua:

Qum semel exieris: cētum solatia curæ. **E**t rus: & comites: & uia longa dabūt.

Nec satis esse putes discedere: lētus abesto **D**um perdat uires: sitq̄ line igne cinis.

Qui nisi firmata properabis mēte reuertis: **I**nferet arma tibi saua rebellis amor.

Mala pabula. herbas nocētes. **A**emonia: terræ: terræ thessalæ: ubi ars magica oli floruit: ut Apuleius ostendit: & Plynius: In thessalia autē fuisse herbas ueneficis aptas docet Ouidius in. vi. met. **I**ta ueneficis uetus est uia: **V**ia hæc magica: uanitatis propria est. **I**nnocuum opem: auxilium: quod nulli nocet: ut ueneficis: quæ Propertius toxica thessalæ appellat. **N**on tumulo: nō sepulchris: **M**agi enim cadauera faciebant reuiuiscere: & ex sepulchris exire: ut de Herichtho legitur apud Lucanum in sexto. **N**on anus: non saga: & uenefica mulier. **C**armine: incantatione. **R**ū-

Quicquid eras fueris: si uis auidulq; redibis **E**t spacium damno cesserit omne tuo.

Fallitur æmonia si quis mala pabula terræ: **E**t magicas artes posse iuuare putat:

Ita ueneficis uetus est uia: noster apollo. **I**nnocuum facto carmine monstrat opem.

Meduce non tumulo prodire iubebitur umbra. **N**on anus insani carmine rumpet humum;

Non seges ex aliis alios transibit in agros. **N**ec subito phœbi pallidus orbis erit.

Vt solet æquoreas ibit tyberinus in undas: **V**t solet: in niueis luna uehetur equis.

Nulla recantatas deponent pectora curas. **N**ec fugiet uiuo sulphure uictus amor.

Quid te phasiacæ iuuerunt gramina terræ? **Q**um cuperes patria colchi manere domo.

Quid tibi profuerunt circe perseides herba: **Q**um tibi neritias abstulit aura rates?

Omnia fecisti: ne callidus hostis abiret. **I**lle dedit certæ lintea plena fugæ.

Omnia fecisti: ne te ferus ureret ignis: **L**ongus at inuictus pectore sedit amor:

Vertere quæ poteras homines in mille figuras. **N**on poteras animi uertere iura tui.

rena: Sulphur autē in terræ generibus ponitur a Plynio: habetq; in religionibus locū ad expiandas suffitu domos: Eius genera quatuor sunt. Inter quæ ē uiuū: quod græci Apyron uocant: nascitur solidū: eo solo ex oib; generib; medici utunt. **C**ætera. n. liqore cōstāt: & cōficiuntur oleo incocta: **V**iuū aut effodit. transuocetq; & uiret. **T**erræ phasiacæ: colchon insulā designat. a flumine qui phasis appellatur dictam: Medeam aut dicit: quæ relicta patria lafonē secuta ē. **Q**uid tibi p̄fuerunt. **D**ocet exēplis amoris minime p̄desse ueneficis. **P**erseides herba: herba uenefica: sic dicta: a perfa nympha oceani filia: ex q̄ sol genuit circē: uel a p̄se: nā sol ex perfa duos filios habuit. **A**etan: & Perfen: ex perfa nata est Hecate: quæ quū patrē ueneno assumpisset: nupsit æræ patruo: tresq; liberos sustulit: **C**ircē: Medea: & Aegialeū. auctor Diodorus. **N**eritias rates: naues ulyssis. **N**eritias uero nō narycias legēdū ē: Est aut Neritus (ut i libro decimo docet Strabo) mōs frōdosus i insula Itacha: quā tenuit ulysses: Est et Neritū bene muratū oppidulū cōtinētis i epiro littore e regione Itacæ: ac Cephaleniæ: quā Leucas quoq; appellatū fuit: idq; oli cœpit Laertes: de quo intellexit Maro eo uersū: **D**ulichium: & Neritos ardua faxis: **N**arycia uero fuit urbs locridis. d̄ q̄ Verg. **H**ic: a q̄ pix Narycia celebraa Vergilio. **F**erus ignis: seuus amor. **H**oies i mille figuras: **C**irce: n. deformabat hoies i mille figuras a aliū: ut i septimo docet Vergilius: quod iō fictū putauit Seruius: qm̄ ea meretrix fuit: quæ sua libidine: & blāditiis hoies i ferinā uitā ab humana deducebat: ut libidini: & uoluptatib; operā darēt. **T**ura tui animi: potestatis tuæ mētis: quæ erat amoris obnoxia.

Magicae artis præstigia

uni do 2
p̄lic rati
m̄ter

Sulphur & eius genera:

Perseides herbae
Neritus
Neritum
Leucas
Narycia
Narycia
uel Locris
i Calabria
unde pix
Narycia
Circe ho-
mines mu-
tabat in se-
ras

Calamus Aucupatorius

Sabbatū obseruāt aliquo p̄fecturi

Sortes ciebant aliquo profecturi:

Rebellis:

Dulichium ducem:ulyssen sic appella- rum a Dulichio insula una ex echinadi- bus: a qua Vergilius etiam naues Duli- chias appellauit. Quod magni filia so- lis eram: Maro quoq; eam solis filiam fu- isse cecinit: quod ideo fictu putauit. Ser- uius: quoniam circe clarissima fuit mere- trix: & nihil est sole clarius. Noua troia resurgit: ut bellum timeas. Non aliq; socios: nullus coniurat contra nos. Ma- le uulneror: nimio amore angor. Ad assuetas artes: ad artes magicas. Si te causa potens: Docet quid sit agendum ab amatore: si nolit urbem relinquere. Optimus uindex: optimus defensor. & liberator. Qui rupit: q potuit soluei. La- dentia pectus uinula: amorem mentem amatoris torquentem. Dedoluitq; se- mel: semel amoris impatientiam: & dolo- re abiicit. Est enim dedolere quod dolo- re abiicere: sicut Dediscere. Et uelles: dediscere. Sub titulum: sub inscrip- tionem uenditi iuris: Videtur autem sum- ptum hoc ex duobus illis Tibulli uersi- bus. Quin etiam sedes iubeat si uendere auitas. Ite sub imperium: sub titulq; la- res. Nostros lares: nostram domum. Institor: mercator. Habet noctes: ha- bet coitum ab ea. Marcescant: putrefiat. & senescant. Podalirius: optimus ali- quis medicus: ut fuit Podalirius aescula- pii filius. Aeger amore captus. Propriis herbis: meis praecipis.

Circe fo- lis filia

Sub titu- lum aliqd mittere

Diceris his etiam: quum iam discedere uellet: Dulichium uerbis deriuasse ducem. Non ego: quod primum memini sperare soleba: Iam precor: ut coniunx tu meus esse uelis. Et tamen: ut coniunx essem tua: digna uidebar. Quod dea. quod magni filia solis eram. Ne properes oro: spacium pro munere posco. Quid minus optari per mea uota potest? Et freta mota uides: & debes illa timere. Vitior uehis postmodo uentus erit. Quae tibi causa fugae: non hic noua troia resurgit. Non aliquis socios rursus ad arma uocat. Hic amor: & pax est: in qua male uulneror una. Totaq; sub regno terra futura tuo est. Illa loquebatur: nauem soluebat ulysses. Irrita quum uelis uerba tulere noti. Ardet: & assuetas circe tendebat ad artes. Nec tamen est illis attenuatus amor. Ergo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte: Deme ueneficiis carminibusq; fidem. Si te causa potens dominae retinebit in urbe: Accipe consilium quod sit in urbe meum. Optimus ille fuit uindex: laedentia pectus Vincula qui rupit: dedoluitq; semel. Sed cui tantum animi est: illum mirabor & ipse: Et dicam monitis non eget iste meis. Tu modo qui: quod amas: aegre dediscis amare: Et potes: & uelles posse docendus eris. Saepe refer tecum sceleratae facta puellae: Et pone ante oculos omnia damna tuos: Illud & illud habet: nec ea contenta rapina est. Sub titulum nostros misit auara lares. Sic mihi iurauit: sic me iurata sefellit: Ante tuas quoties passa iacere fores. Diligit ipsa alios: a me fastidit amari. Institor heu noctes: quas mihi non dat: habet: Hac tibi per totos marcescant omnia sensus Hac refer: hinc odii semina quare tui. Atq; utinam posses etiam sacundus in illis Esse: dole tantum: sponte disertus eris. Haeserat in quadam nuper mea cura puella: Conueniens animo non erat illa meo. Curabar propriis aeger podalirius herbis: Et fateor: medicus turpiter aeger eram. Profuit assidue uitiis insistere amicis. Idque mihi factum saepe salubre fuit.

Et mala sunt uicina bonis: quia quae mala sunt. possunt etiam laudari. Pro uitio: loco turpitudi- nis. Virtus. bonum. Breui limite: breui uia: transeundo de uirtute ad uitium. Et poterit dici pe- tulans: inuerecunda poterit appellari. Cicero. Nam q; inuisitata rabe petulanter in uxorem: filiaq; meam inuasisti: & alibi. Desine bonos petulantissima insectari lingua. Quae rustica non est: quae e- urbana: Urbanus enim est (ut Cato uoluit) cuius multa benedicta: res potius erunt: & qui in sermo- nibus: circulis: conuiuuiis. Item in concionibus: omni deniq; loco ridicule. commodeq; dicit. Fabius Urbanitatem appellat in qua nihil abso- num. nihil agreste: nihil inconditum. ni- hil peregrinum: neq; sensu: neq; uerbis: neq; ore: gustu ue possit deprehendi. Si qua proba est: si qua est bona: non petulas. Blandis sonis: blandis uerbis: Barbara sermone est: si dure atq; aspere loquitur. Fascia nulla tegat: nulla fascia pectus astringat. Omne papillae pectus habet: si habet ingentes mamas: luuenalis. Tunc nuda papillis Constitit auratis. Mollibus e oculis: si habet oculos molles: & ad- flendum faciles. Quum se non finxerit ulli: quum nodum se fucauerit: aut gem- mis ornauerit. ut alicui placeat. Auferi- mur cultu: auro & gemis magis placent puellae: q; forma. Quod ames: puellam intellige. Inter tam multa: inter tot or- namenta. Fac aegide: Aegis (ut in octa uo Seruius scribit) est munimentum pe- ctoris aereum habens in medio Gorgo- nis caput: quod munimentum si in pecto- re hominis fuerit: aegis uocat: si in pecto- re statui uidemus: lorica dicitur: Martialis Lorica Pectore quum sacro sederit aegis erit: hic autem gemmas: quibus teguntur scemi- nae aegida appellat Ouidius: q; illae defen- dant deformitate his ornamentis: ut aegis pectus tuetur. Diues amor: diues puella. Improuisus ades: puellam improui- so adeas. anteq; ornetur. Inermem: inor- natam. Excidet: ab animo tuo amoue- bitur: Suis uitiis: sua turpitudine. Com- positis uenenis: fucum itelligit. quo mu- lieres faciem uenustant. de quibus abun- de diximus in libris de arte amandi. Aesopa lapsa: Aesopa i sinum cadentia. Quid autem sint Aesopa dictu e super eo uer- su Aesopa quid redolent: quis mittatur athenis. Illa tuas redolent phineu: Phi- neus rex fuit arcadiae: qui filios occaca- uit: in cuius uindictam illu quoq; diu oculo priuarunt: dapibus non poterat uesci: nam admotae harpyiae mensis: eas uetris profluuio scedabant. Fabula habes apud Quidium in met. & Diodorum in gnto. Nausea: uomendi appetitus: a nauis di- ctus. q; is excitari nauigatio facile solet.

Petulans:

Urbanus:

Urbanitas:

Aegis

Lorica

Aesopa

Phinei Fabula

Nausea

Nunc tibi quæ medio: Docet etiam ex coitu posse causam odii inuenire amatorem. **O**mni parte: non modo ex aliis uitis: quæ narrauit: uerum etiam ex coitu. **N**uper enim nostros. Causam as signat: cur nolit dicere ea coitus uitia. Est proterua: est lasciuia: & inuerecunda. **I**ngenium magni liuor detractat homeri: Tangit Ouidius historiam: quam Vitruuius libro septimo de architectura refert: ea Talis est: Quum zoilus libros i homerum composuisset: Alexandria eos recitauit pro lemæo regi: cui nullum ille dedit responsum: q̄ tantum poetam i merito culpari uideret: Is postea ad egestatem compulsus. regem adiit rogâs: ut sibi aliquid dari iuberet. **T**u rex respondit: Homerus: qui ante annos mille decessit: æuo perpetuo tot milia hominum pascit. Quare tu quoq̄ debes: q̄ meliori ingenio te profiteris: nō modo unū. sed etiam plures alere posse: Accusatus deinde zoilus patricidii cruci affixus ē. hic ergo quum esset Homeri obtrektor: a doptauit sibi hoc cognomē: ut Homero mastix uocaretur: quod uerbum apud græcos flagellum significat: & ide factum est: ut omnes huiusmodi doctorum uirorum calūniatores Homero mastix appellemus: Plinius: Vt obiter caueā istos Homero mastix. Gelius scribit quendam librum scripsisse aduersus Ciceronem: qui infando titulo erat iscriptus Cicero mastix: ostēdens igitur Ouidius præcellentissimum quēq̄ poetarū non posse malignitatis dentes: & liuorē effugere: dicit zoilum inuidiæ stimulis uerbis petulantissimis in Homerum scripsisse: a qua detractiōe zoilus nomē inuenit. ut Homero mastix cognominaretur. **E**t tua sacrilege. Maronem dicit: qui elegantissime cecinit aduentū æneæ in italiam: quo penates attulit: quos ex icēdio troiano eripuerat. Sed tamē clarissimus poeta non caruit detractoribus. ut Seruius docet. **N**ostra licentia: scribendi auctoritas. **P**ede mæonio: uersu heroico: quali usus ē Homerus. **G**rande sonant tragici. quia de regibus loquuntur. **T**ragicos decet ira cothurnos: Tristitia Tragœdiæ proprium est. Ideoq̄ Euripides petente Archelao rege: ut de se Tragœdiam scriberet abnuuit: ac precatus est: ne accideret archelao aliquid tragœdiæ propriū: In ea enim luctus exilia: cedes: iræ continentur: Horatius: Iræ thyesten exitio graui strauere. **V**ersibus e mediis: e mediocri dicendi genere: & rebus: ac personis cōueniente. Est enim Comœdia priuata: ciuilibq̄ fortunæ sine periculo uitæ comprehensio. **S**occus habendus erit: Soccum pro comico stilo posuit: ut supra cothurnum pro tragico. Horatius in epistolis. Quam non astricto percurrat pulpita socco. Est autem Soccus calciamenti genus: quo utebatur comœdi: sicut tragœdi cothurno. Horatius Hunc socci capere pedem: grandæq̄ cothurni. De Comœdia autem & Tragœdia multa Donatus & Diomedes. **L**iber in aduersos hostes: Iambicum carmen est maledicum: a lambo pede sic appellatum: primo enim sex Iambis compositum est. Mox spondeum omnibus i locis recæpit: præterq̄ in secundo & quarto loco: ut in arte poetica docuit Horatius: Huius carminis (ut Diomedes refert) præcipui scriptores fuere apud græcos Archilochus: & Hipponax: Apud romanos uero Lucilius: Catullus: & Horatius Bibaculus: Iambum autem ideo liberum appellat: quoniam est expeditus: & celer. Horatius. Syllaba longa breui subiecta uocatur Iambus. Pes citus: Vel certe liberum: q̄ qui in quempiam inuehuntur: libere scribunt nulla habita eius ratione. **E**xtremum seu trahat ille pedem: Duplicem Iambicum uersum designat: scilicet rectum Iambicum: & Coliambū uel Scazonta. hoc est claudicantem: Rectus enim Iambicus habet in ultima sede Iambum: pyrhythium ue: In antepenultima cunctos accipit pedes: quorum modo sit capax circa syllabarum quantitates idifferens: Scazon uero hoc uno a recto Iambico distat. q̄ clausulam postulat spondaicam

zoilus li-
bros i Ho-
merum cō-
posuit

Homero
mastix

Tristitia
Tragœ-
diæ peculi-
aris:
Comœ-
dia
Soccus
Cothurnus
Iambicū
Carmen

Iambicus
uersus du-
plex
Rectus Iā-
bicus
Scazon

Nunc tibi quæ medio ueneris præstemus in usu:
Eloquar: est omni parte fugandus amor.
Multa quidē ex illis pudor est mihi dicere: sed tu
Ingenio uerbis concipe plura meis.
Nuper enim nostros quidam carpserē libellos:
Quorum censura musa proterua mea est.
Dummodo sic placeam: dum toto canter in orbe
Qui uolet impugnet unus & alter opus.
Ingenium magni liuor detractat homeri:
Quisquis es: ex illo zoile nomen habes.
Et tua sacrilegæ laniarūt carmina linguæ:
Pertulit huc uictos quo duce troia deos.
Summa petit liuor: perflant altissima uentū.
Summa petunt dextra fulmina missa iouis.
At tu quicumq̄ es: quem nostra licentia lædit:
Si lapis ad numeros exige quæq̄ suos
Fortia mæonio gaudent pede bella referri:
Delitiis illic quis locus esse potest?
Græde sonāt tragici: tragicos decet ira cothurnos
Versibus e mediis soccus habendus erit.
Liber in aduersos hostes stringatur iambus:
Seu celer: extremum seu trahat ille pedem.

uel trochaicam: penultima autem sede spondeum recipit: uel Iambum: Ambo autem uersus trimetri appellantur: constant enim ex sex pedibus: Suntq̄ utriq̄ ad maledicentiam facti: per celerē ergo pedem rectum Iambicum: per extremum uero claudicantem: & Scazonta intelligito. **B**landa elegeia: Elegia est carmen cōpositū hexametro uersu: pentametroq̄ ad inuicem positis: ut Dion medes scribit. quod genus carminis apud romanos præcipue scripserunt Propertius: Tibullus: & Gallus. imitati græcos Callimachum: & Euphorionem: Dicta ē autē Elegia siue ποικίλον ἔλεγεον τοῦ τερονεωτος. Fere enim defunctorū laudes hoc carmine comprehendebant: siue αἴτιον τοῦ ἐλεῦ ἰδὲστ miseratione: q̄ tyren⁹ græciq̄ ἐλεγίαισῃ isto metro scriptauerunt: cui opinioni consentire uidetur Horatius elegos miserabiles appellās: Ouidius i amoribus: Flebilis heu mœstos elegeia solue capillos: Ah nimis ex uero nūc quoq̄ nomen habes. Mox ad res lætas amoreq̄ usurpari cœpta est: unde eam blandam appellat poeta. Horatius. Versibus impariter iunctis querimonia primum. Post etiam inclusa est uoti sententia compos. De auctore Elegiaci carminis. Grammatici certāt. & adhuc sub iudice lis est. **A**mores pharetratos: cupidines: qui phretra utuntur. **L**euis amica: mutabilis puella. **C**allimachi numeris: uersibus elegis: in quibus scriben dis Callimachus primas optinuit: ut docet Quintilianus. **A**chillis: fortium gesta: ut fuit Achilles. **C**ydippe: amica Acontii: hoc est materia mollis: & lasciuia. **T**ui oris: tui carminis: & catus: Homerus enim uirorum fortium facta cecinit: non autem amatoria. **A**ndromache: pudicissimæ scēmiæ: ut fuit Andromache uxor Hectoris. **T**haida: meretricem. **S**i quis agat: si quis representet: & loqui faciat i casta scēmina mulierem impudicam. **T**hais i arte mea ē: res meretriciæ tractantē i meis libris. **E**st libera nulli timori ē obnoxia. **N**il mihi cū nupta: non scribo de pudicissimis scēminis: aut nō doceo nuptā uiolari. **S**i mea materia: Colligit se res iocosas: & lasciuas. **L**asciuo ēt carnie cōposite scripsisse cōtra eorū opiniones: q̄ dicebant poetæ musam proteruam esse. **V**icimus: superauimus inuidos. **A**cta rea est: Agere reum. est reum accusare: Peragere uero reum est condemnare. **S**ed nimium properas: nimium festinas inuidendo. **S**tudium famæ: laudis amor: quam consequor ex carminibus meis. **C**rescit um mihi honore: honor enim alit artes. **P**rincipio cliui: in aditu: & primordio famæ comparandæ: nō peragere nullā est mihi difficultas: uel certe dicit se festum uelle priori libro: finem imponere. Est autē sumpta similitudo ab equo chiuum ascendente. **T**antum se nobis: Fatetur uerecunde poeta se in elegis primas tenere: ut Maro in heroico carmine apud latinus principatum optinuit.

Elegia

Callima-
chus

Blanda pharetratos elegeia cantet amores.
Et leuis arbitrio ludat amica suo.
Callimachi numeris non est dicendus achilles:
Cydippe non est oris homere tui.
Quis feret andromaches pagentē thaida partes?
Peccat in andromache thaida si quis agat.
Thais in arte mea est: lasciuia libera nostra est.
Nil mihi cum nupta: thais in arte mea est.
Si mea materia respondet musa iocosa:
Vicimus: & falli criminis acta rea est.
Rumpere liuor edax: magnū iā nomen habemus
Maius erit: tantum: quo pede cœpit: eat.
Sed nimium properas: uiuam modo: plura dolebis
Et capient anni carmina multa mei.
Nam iuuat: & studiū famæ mihi crescit honore:
Principio cliui noster anhelat equus.
Tantum se nobis elegi debere fatentur:
Quantum uergilio nobile debet opus.

P. OUIDII NASONIS DE REMEDIO AMORIS LIBER SECUNDVS.

N Actenus inuidiæ rēdimus: attrahe lora
Fortius: & gyro curre poeta tuo
Ergo ubi cubit⁹ & op⁹ iuuēile petet⁹
Et ppe pmissæ tēpora noctiserant:

Actenus inuidiæ rēdimus: Posteaq̄ Calūniatoribus & inuidis supius satis supiq̄ rēdit Qui frustraq̄ ab his falso se accusatū fuisse docuit. Nunc se ipm hortat. ut incoceptum opus ad calcem deducat. **A**trahe lora: reprime cursum tuum. nec ulterius respondeas maliuolis. **C**urre tuo gyro: tuam materiam: & opus exequere.

BARTHOLOMAEI MERVLAE ENARRATIONES IN VLTIMUM DE REMEDIO AMORIS VOLVMEN.



Actenus inuidiæ rēdimus: Posteaq̄ Calūniatoribus & inuidis supius satis supiq̄ rēdit Qui frustraq̄ ab his falso se accusatū fuisse docuit. Nunc se ipm hortat. ut incoceptum opus ad calcem deducat. **A**trahe lora: reprime cursum tuum. nec ulterius respondeas maliuolis. **C**urre tuo gyro: tuam materiam: & opus exequere.

B

Multa iuuat: plura puellae uitia simul
notata reddent tibi ea iuuam: quod unum
tantummodo non faciet. **P**arua necat
morsu: Viperæ exemplo docet minimū
quodque uitium posse amicam tibi in odi-
um adducere. **S**ed quia sunt totidem:
Dicit non posse uitia omnia notare pro-
pter morum uarietatem: nam alii re qua-
piam laudabunt: quam uituperabunt alii.
Luditis? deridetis haec: uel me o amato-
res: quæ hæc quæ dixi possint uobis amica
infestam reddere? O si quos potuerunt
ista mouere: si hæc quæ dixi: potuerunt
uos ab amica amouere: legitur & iuuare.
quod etiam placet. **T**epidæ faces: me-
diocri & segnisi amor. **A**fflarunt uestra
pectora: inhæsit menti uestra. Ex quo de-
signat leuicula esse: quæ dixit: & quibus
tamen unusquisque mediocri amore sau-
cius: possit: ac debeat moueri: ne postmo-
dum cupidus in eum acrius arcum inten-
dat. **C**ontentos arcus: intentos & para-
tos ad iaculandum. a uerbo cōtēdo. Ver-
gilius. Acrius hæc cernens arcum inten-
debat apollo. Maiorem opem: quia dif-
ficilior erit curatio: quum uos acrius use-
rit cupidus. **P**uella reddente obscena:
puella uentrem exonerante: uel mēstrua
emittente. **V**t profint: quis iuuēt. **N**ō
sunt experienda tamen: non tamen agē-
da sunt propter turpitudinē. Subducto
stipite: amotis lignis.

Gaudia ne dominae: pleno si corpore sumes:
Te capiant: in eas quamlibet ante uelim.
Quamlibet inuenias: in qua tua prima uoluptas
Definat: a prima proxima segnis erit.
Sustentata uenus gratissima: frigore soles:
Sole iuuant umbræ: grata sit unda liti.
Et pudet: & dicam: ueneris quoque iunge figuras:
Quas minime iungi: quas ue decere putes.
Nec labor efficere est: raræ tibi uera fatentur.
Et nihil est: quod se dedecuisse putent.
Tunc etiam iubeo totas aperire fenestras:
Turpiæque admissio membra notare dic.
At: simul ad metas uenit finita uoluptas:
Lassaque cum tota corpora mente iacent.
Dum piget: & nullam malles tetigisse puellam:
Facturusque tibi non uideare diu:
Tunc animo signa quæcūque in corpore mēda est
Luminaque in uitiis illius usque tene:
Forsitan hæc aliquis (nā sūt quoque) parua uocabit
Sed quæ non profunt singula: multa iuuant.
Parua necat morsu spatiosum uiperæ taurum.
A cane non magno sepe tenetur aper.
Tu tantum numero pugna: præceptaque in unum
Contrahe: de multis grandis acerius erit.
Sed quia sunt totidem mores: totidemque figuræ:
Non sunt iudiciis omnia danda meis.
Quo tua non possunt offendi pectora facto:
Forsitan hoc alio iudice crimen erit.
Ille quod obscenas in aperto corpore partes
Viderat: in cursu qui fuit: hæsit amor.
Ille quod a ueneris rebus surgente puella
Vidit in immundo signa pudenda toto.
Luditis: o si quos potuerunt ista mouere:
Afflarunt tepidæ pectora uestra faces.
Attrahet ille puer cōtētos fortius arcus
Saucia maiorem turba petetis opem.
Quid qui clam latuit reddēte obscena puella:
Et uidit quæ mox ipsa uidere uetat:
Vni melius: quæ nos moneamus talia quæquam.
Vt profint: non sunt experienda tamen:
Hortor & ut pariter binas habeatis amicas:
Fortior est: plures si quis habere potest.
Secta bipartito quum mens discurnit utroque:
Alterius uires subtrahit alter amor.
Grandia per multos tenuantur flumina riuos:
Magnaque subducto stipite flamma perit.

Cæratas puppes: naues uel pice: uel cæra illitas. **A**t tibi quæ fueras: docet ab eo: quæ uni tamen puellæ ad
dictus fuerat: altera quoque inueniēda esse: quo prior amor ab altero uincatur. **P**asiphaes Minos in
prognide perdidit ignes: in exemplaribus omnibus quæ legi: in prognide scriptū annotauit: quū in plotide le-
gēdum sit. Fuit. n. plotis mulier formosa: quam amauit Minos relicta pasiphae: quæ ea causa postea
facta est meretrix: ut Pindari Interpres scribit. Sunt qui in procride legendum putent: Procris enim
Cephalis uxor Mino laborantē sanauit: ut scribit Higynius: & pro eo beneficio canē ab eo accepit. **P**ri-

Plotis
nympha
Procris

Non satis una tenet cæratas anchora puppes.
Non satis est liquidis unicus hamus aquis.
Qui sibi iam pridem solatia bina parauit:
Iam pridem summa uictor in arce fuit
At tibi qui fueras dominae male creditus uni:
Nunc saltem nouus est inueniendus amor.
Pasiphaes minos in plotide perdidit ignes
Cessit ab idæa coniuge uicta prior:
Amphilochei frater ne phegida semper amaret:
Calliroe fecit parte recepta tori.
Et paris cænonen summos tenuisset in annos:
Si non cæbalia pellice læsa foret:
Conjugis odrylio placuisset forma tyramno.
Sed melior clausæ forma sororis erat.
Quid moror exemplis. quorum me turba fatigat:
Successore nouo uincitur omnis amor.
Parcus e multis mater desiderat unum:
Quam: quæ flens clamat: tu mihi solus eras.
Et: ne forte putes noua me tibi condere iura:
Atque utinam inuenti gloria nostra foret.
Vidit id atrides: quid enim non ille uideret:
Cuius in arbitrio græcia tota fuit.
Marte suo captam chryseida uictor amabat:
At senior stulte flebat ubique pater.
Quid lachrymas odiose senex: bene contigit illi
Officio natam lædis inepte tuo.
Quam postquæ reddi calchas ope tutus achillis
Iusserat: & patria est illa recepta domo:
Atrides ait: est illius proxima forma.
Et: si prima sinat littera: nomen idem.

or: pasiphae. Victa ab idæa coniuge supata
a plotide cretensi. Ida. n. mons est cretæ.
Cessit. locū dedit ipsi plotidi. Potes. etiā
ad Cassandram referre: cuius amore captus
Agamēnon: eā in græciā adduxit: quæ cō-
mota clytæmnestra: maritū occidit: ut
antea dictū est. **A**mphilochei frater ne
Phyllida semper amaret. Calliope fecit par-
te recepta tori: hæc duo Carmia ita emē-
da: ut nō Phyllida. sed Phegida: & Calli-
roen nō Calliopē legas: Fabula talis est:
Alcmeon filius uatis Amphiarai: quære-
bat purgari ob interfectā matrē Eriphy-
len: uenitque ad Phegeū patrem Alphefi-
boæ: cui dedit monile maternū precio-
sum: cuius & maritus effectus ē: profectus
deinde ad Acheloū: filiā eius adamauit
noīe Calliroen: quæ quæ & ipsa monile il-
lud posceret: rediit ad Alphefiboā. Sed
illic a Themeno: & Axioc Alphefiboæ
fratribus interfectus ē: Sepultus in Acro-
poli zacynthi: ubi cupressi sunt: quas uir-
gineas appellant: Alphefiboæ autem fratres
in ultionē necati mariti interfecit: Auctor
Pausanias in septimo historiæ. Ouidius
quoque in octauo met. fabulam breuiter
tangit. **A**mphilochei frater: Alcmeon
filius Amphiarai: & frater Amphilochei.
Phegida: Alphefiboæ phegei filiam.
Cæbalia pellice: Helena ex lacedæmo-
nia. **F**orma coniugis: forma prognos.
Odrylio tyramno: Tereo regi Dauli-
dis: oriundo a thracibus. **S**ororis clau-
sæ: Philomenæ a Tereo ductæ in stabu-
la: ibique inclusæ: Ouidius in sexto met. Et
iam cū lachrymis ubi sit germana rogan-
tem Includit: fastusque nephas: & uirginē
& unā Vi superat. **P**arcus e multis: mi-
nus dolet mihi amisso ex multis filiis uno:
quæ quæ unum tantum habet: & perdit. **V**i-
dit id atrides: Idem per exemplum Aga-

Alcmeo-
nis & Cal-
liroes Fa-
bula

memnonis uerum esse comprobat. **C**hryseida: chrysa filiam Astimonen. **S**enior pater: Chry-
ses sacerdos apollinis. **C**alchas ope tutus Achillis. **Q**uom Agamēnon raptam chryseida nollet
patri reddere: Apollo per nouem dies: totidemque noctes sagittas emittens. primum iumenta. de-
inde homines ita percussit: ut quotidie cateruatim in regis defunctorum corpora cremaretur: quā
rem quum Achilles ad senatum rettulisset: placuit calcantem augurem consuli: qui quum time-
ret diuinationem proloqui propter Agamemnonem: iurauit ei Achilles se uiuo neminem passu-
rum se illi iniurias manus afferre: ne ipsum quidem Agamemnonem principum qui illic aderāt
multo eminentissimum: quibus uerbis tutus calchas: pestilentiam docuit posse sedari: si Chryseis
patri redderetur: quo facto Agamēnon briseida Achilli eripuit: ut in primo iliados cecinit Home-
rus. **P**roxima illius: secunda a forma chryseidis. **E**t si prima sinat littera: si chryseis nō briseis di-

Calchas
docuit pe-
stilentiam
posse seda-
ri:

Thersites
eretur. In mea thersites: Ordo est. licebit ut Thersites eat i mea regna: hoc dicit. in locu meum constituam foedissimu ac pessimum illum Thersitem: qui (ut in secundo Iliados scribit Homerus) uir fu it loquacissimus. idē foedissimus omniu qui ad troiam nauigarunt. Altero oculo Strabone: Altero pede claudio. angustif simif humeris: & ad pectus usq; contractif. uertice acuminato: raro capillo: & eo im petigine astricto: huius meminit Iuena lis dicens. Malo pater tibi sit Thersites: dum modo tu sis Aeacidæ similis. Et hac habuit. Briseida accepit. Solatia magna prioris: adēpta chryseide: Agamēno ni postea solatio fuit briseis. Prior cura: por chryseidis amor. Noua: nouo amo re briseidis. In biuio: in duabus puellis. Artes nostras: libros de arte amandi. Media æna: medio æstu amoris. Frigidior: segnis in eius amore. Abrumpe re medias flammās: medium amorē non q̄primū. sed paulatim soluere. Posi tos furōres: depositū amorem uehemē tē. Auceps: amator: qui aucupatur pu ellam. In laqueos suos. in suas insidias: quas puellæ parauerat. Quum te lan guere uidebit: quum sentiet te ab amore destitui & cessare. nam quum puellæ in telligunt se amari ab amantibus: tūc red duntur insolentiores: at negligentius. & tepidius amata: superbiam ponūt. Hoc munus: quod sequitur. Te quoq; fal let amor. Docet amatorem decipi posse ab amore: anteq̄ dediscat amare. nisi ami tā consilium celauerit. Quod te contē nere possit: q̄ te uolente: ab ea cōtemna ris. legitur etiam possis: ut sit. q̄ te nō du cas illi parem pulchritudie: Alii uero ita legunt: q̄ non contemnere possis: hoc ē. q̄ non speres posse spernere ipam puellā. Ferre gaudia ex facili: non difficile po tes amoris iugum deponere & gaudere: uel hoc dicit. potes amicæ gaudia facile ferre & amittere.

Hanc mihi (si sapiat) per se concedat achilles.
Si minus: imperium sentiet ille meum:
Quod si quis uestrum factum hoc icusat achiui
Est aliquid ualida sceptrā tenere manu.
Nam: si rex ego sum: nec mecum dormiat illa:
In mea thersites regna licebit eat.
Dixit & hanc habuit solatia magna prioris:
Et prior est posita cura repulsa noua.
Ergo assume nouas auctore agamēnone flāmas:
Et tuus in biuio detineatur amor.
Quæris ubi inuenias: artes tu perlege nostras:
Plena puellarum iam tibi nauis erit.
Quod: si qd præcepta ualent mea: si quid apollo
Vtile mortales edocet ore meo:
Quauis in scelix media torreberis æna:
Frigidior dominae fac uideare tuæ.
Et sanum simula ne si quid forte dolebis
Sentiat: & ride qum tibi flendus eris.
Non ego te iubeo medias abrumperē flammās:
Non sunt imperii tam fera iussa mei.
Quod non est simula: positos imitare furōres
Sic facies uere: quod meditatus eris.
Sape ego ne biberem. uolui dormire uideri:
Dum uideor: somno lumina uicta dedi.
Deceptum risi: qui se simularat amare.
In laqueos auceps decideratq; suos.
Intrat amor mentes usu: dediscitur usu.
Qui poterit sanum fingere: tutus erit.
Dixerit ut uenias pacta tibi nocte: uenito.
Veneris: & fuerit ianua clausa: ferēs.
Nec dic blanditias: nec dic conuitia postū:
Nec latus in duro limine pone tuum.
Postera lux aderit: careant tua uerba querelis:
Et nulla in uultu signa dolentis habe.
Iam ponet fastus: quum te languere uidebit:
Hoc etiam nostra munus ab arte ferēs.
Te quoq; faller amor: dum sit tibi finis amandi:
Præpositis frenis saepe repugnat equus.
Vtilitas lateat: quod non profitebere fiet.
Quæ nimis apparent ratiā uitat auis.
Nec tibi tam placeat: quod te contemnere possis:
Sume animos: animis cedat ut illa tuis:
Ianua forte patet: quanuis reuocabere: transi:
Est data nox: dubita nocte uenire data:
Posse pati facile est: tibi ni patientia desit:
Protinus ex facili gaudia ferre licet.

Partes cōciliatis. pmittēdo te et cū amica coire: id quod paulopost aptius docet. Ferro acuto. cultro acuto rescedo uulnus imedicabile. Ouidi. i met. Sed imedicabile uulnus Ense recidēdū ē. ne ps sincera trahatur. Nec abire potes. nec potes lōgius disceder ab amica. Desine luctari. cessa pugna cū amof. Referat tua carbasa: redeas ad amica. Quaq; uocat fluctus: amoris ipatiētia: & ui fluctū appellat. De medio amne. rē habēdo cū puella. Sed bibe plus ēt. Explēdū ē docet libidīs desideriu plusq; necesse sit. Tedia quæ mali. fac tibi amorē tedio ēē. Mane: pscuera i amof. Dū be ne te cumulas: dū bene te exples amore. Fit quoq; lōgus amor: Amorē quoq; diu durā posse ostēdit ex diffidētia. quā rem uitādā ēē p̄cipit. Quē diffidētia nutrit: q̄ nutrit zelotypia: quā crysippus dicebat ēē animi ægritudinē ex eo puenientē qd̄ ad sit alteri: qd̄ ipse nō hēas. Pōc metu. pōc timorē: ne amica aliū amet. Ue sua sit: ut amica solum se amet. Ope macha onia. Medicinali auxilio: Plus amat e natis. timorem probat. amorem augere. Ordo est. Mater plerūq; e duobus natis plus amat illum pro cuius reditu timet. q̄ gerit arma: hoc ē quia militat. Est prope collinā. Porta collina etiam Salaria dicebatur: qua in collē quirinalem ibatur: illi propiq; fuit templum ueneris Erycinæ. d̄ quo i lib. sexto ita scribit Strabo: Eryx collis est excelsus. in quo ueneris templū locatum erat: quod singulari uenerationē colebatur antiquitus: mulierum frequētia referū illius ministerio dicatū: quas & sicilia: & externis regionibus multi lo carāt: sed postea sicut & ipsa colonia ui duata colonis est: sic & tēplum desolatū: & sanctarum hominū copia defecit: Fu & romæ ante portam collinam deæ hui⁹ ædificiū: quod ueneris Erycinæ tēplū di ctitarunt: cui cum æde sacra insignis adia cebat porticus: Ouidius fastoz lib. quar to: Tempia frequentari collinæ proxima portæ Nūc decet: a siculo nomina colle tenent. Imposuit nomina. quia cogno minatū ē tēplū ueneris erycinæ ab eryce colle sicilia. Lethæus amor. cupido ob liuionē amoris inducens amantibus. In suas lāpadas. in suas faces ardentes: quibus cupido urit amantum pectora. Addit aquam. ut extinguant. Obluua Obluionem amoris inducens amatib⁹. Duro uiro. uiro minus in amore re spondenti. Modo das. scribendo præ cepta artis amatoriz. Modo demis. mo do adimis: intelligit autem duos libellos de remedio. Ad mala quisq; animum referat sua: Hoc ē præceptū somni datū poeræ: quo iubet: ut amator cogitet sem p de malis & rebus sibi aduersis: quo faci lius præ dolore illarū amoris obliuiscat. Qui puteal. Enumerat res poera. ad q̄ animū referēdū ēē dixit. Erat autē Puteal (ut Acron scribit) locus romæ: ad quem

En præcepta potest quisquā mea dura uocare:
En etiam partes conciliantis ago.
Et quoniam uariant animi: uariabimus artes.
Mille mali species: mille salutis erunt.
Corpora uix ferro quædam sanantur acuto:
Auxilium multis succus & herba fuit.
Mollior es. nec abire potes: uinctusq; teneris.
Et tua sæuus amor sub pede colla premit.
Desine luctari: referant tua carbasa uenti.
Quaq; uocant fluctus: hac tibi remus eat.
Explenda est siuis ista tibi: qua perditus ardes:
Cædimus: e medio iam licet amne bibas.
Sed bibe plus etiam: q̄ quod præcordia poscunt:
Gutturē fac pleno sumpta redundet aqua.
Et fruerē usq; tua nullo prohibente puella:
Illa tibi noctes auferat: illa dies.
Tedia quære mali: faciunt & tedia finem.
Iam quoq; quum credas posse carere: mane.
Dum bene te cumules: & copia tollat amorem:
Et fastidita non libet esse domo.
Fit quoq; longus amor: quem diffidentia nutrit:
Hunc si tu quæris ponere: pone metum.
Qui timet ut sua sit: ne quis sibi subtrahat illam:
Ille machaonia uix ope sanus erit:
Plus amat e natis mater plerūq; duobus.
Pro cuius reditu: quod gerit arma timet.
Est prope collinam templum uenerabile portæ:
Imposuit templo nomina celsus eryx.
Est illic lethæus amor: qui pectora sanat:
Inq; suas gelidā lāpadas addit aquam.
Illic & iuuenes uotis obliuua poscunt.
Et si qua est duro capta puella uiro.
Hic mihi sic dixit: dubito: uerus ne cupido:
An somnus fuerit: sed puto somnus erat.
O qui sollicitos modo das: modo demis amores.
Adiice præceptis hoc quoq; nalo tuis.
Ad mala quisq; animū referat sua: ponet amorē.
Omnibus ille deus plus ue minus ue dedit.
Qui puteal: ianumq; timet: celereq; calendas.
Torqueat hunc æris mutua summa sui;

zelotypia
Porta col
lina seu sa
laria:
Templū
Veneris
Erycinæ:

cōueniebant forneratores: Porphyriō uero dicit sedem fuisse prætoris prope circū fabianū: quod li bonis dicebatur: quia a libone illud primū tribunal: & subsellia collocata sunt: Horatius in epistolis. Forum putealq; libonis Mandabo siccis: & Persius: Si puteal multa cautus uibice flagellat. Ianūq; timet. uel mensē Ianuariū: quo in ius trahebantur debitores a creditoribus: uel forū iudiciale intelli git: quod erat propinquum templo Iani. Celeresq; calendas. celeres appellat calendas: q; debitori tē pus soluendi uidebatur celerius aduenisse: q; uellet. Ex quo designat dolendum eē: si cui amator de bet pecuniā: Mutua cura. uicissim quo que dolēdū esse dicit: si idem credidit pe cuniam alicui. **U**t uoto cætera cedat. q; uis in reliquis rebus. præterq; in amore fa cilē habeat patrē. **L**ittora sæua. dura: & saxosa littora. **E**t posses odisse tuam pa ri. Paris quoq; odisset helenā: si fratrum pericula considerasset. Et q; non causas: idē efferre ita scribit Herodotus libro. vii Nec mortaliū quēpiā aut eē: aut fore: q; ex quo natus est: mali exors sit: & ut quis que maximus est: ita maxima ei debere mala. **P**uerilis imago. Cupido Lethæ us: quem somnum quoque appellauit. **P**alinurus. lethæus cupido optimus magister remedii amoris: ut Palinurus fuit optimus nauis æneæ gubernator. **D**eserit nauem. deserit materiam hanc meam. **Q**uam tempora phœbi: q; diei tempora: **Q**uæ que Leuet luctus. que particula hic pro quia ponit: Ouidius in met. Vimq; parat: sed ui nō ē opus: inq; si gura Capta dei nympha ē: & i fastis: Na taq; de flamma corpora nulla uides. **P**yladē aliquem. fidum aliquem ami cum ut fuit pylades orestis: qui cum nū quam deseruit: quem factus esset insa nus post matrem interfectā. **H**ic usus amicitiae: hæc amicitiae utilitas: **N**ō erit leuis. non erit parua. **I**bat ut aonio refe rens trieterica baccho: Amorem phylli dis furori baccharū comparat poeta. Ma le autē in plerisq; exemplaribus ædonio legitur syllaba repugnāte: quæ in antepe nultima semp breuis est: Propertius. Nec minus assiduis ædonis fessa choreis: emē des tu ita: ut aonium bacchū: hoc est boe tium legas. nō ædoniū: Cur autē bacchus Aonius dicatur: & quid aonia sit docui mus in libris de arte amandi: repete quæ illic scripsimus. **T**rieterica: Triennalia sacra: liberi enim sacra (ut docet Seruius) tertio quoq; anno innouabant. **L**atum spectabat in æquor: an uēret Demopho on. **I**n humo harenosa. in littore. **S**ub nubilus. parum obscurus. Nona tereba tur miserā uia. sic & in tertio de arte amā di: Quæ nouem uicibus cur una ferat. & audi Depositis filuas phyllida flecte co mis. **V**iderit: Demophoon aspexerit. **P**allida facta. amore attenuata. uel pal lida morte futura.

Cur durus pater est: ut uoto cætera cedant:
Huic pater ante oculos durus habendus erit.
Hic male dotata pauper cum coniuge uiuit.
Vxorem fato credat obesse suo.
Est tibi rure bono generosæ fertilis uua:
Vinea: ne nascens uista sit uua. time.
Ille habet in reditu nauem: mare semper iniquum
Cogitet: & damno littora sæua suo.
Filius hunc miles: hunc filia nubilus angat.
Et quis non causas mille doloris habet?
Et posses odisse tuam pari: funera fratrum
Debueras animo sæpe referre tuo.
Plura loquebatur: placidus puerilis imago
Destituit somnus: si modo somnus erat.
Quid faciam? media nauem palinurus in unda
Deserit: ignotas cogor inire uias.
Quisquis amas: loca sola nocet: loca sola caueto:
Quo fugis? in populo tutior esse potes:
Nam tibi secretos augent secreta furores.
Est opus auxilio: turba futura tibi est.
Tristis eris: si solus eris: dominæq; relictæ
Ante oculos facies stabit ut ipsa tuos.
Tristior iccirco nox est: quam tempora phœbi.
Quæq; leuet luctus turba sodalis abest.
Nec fuge colloquium: nec sit tua ianuā clausa:
Nec tenebris uultus flebilis abde tuos.
Semper habe pyladen aliquē: qui curet orestē:
Hic quoq; amicitiae non leuis usus erit.
Quid nisi secretæ læserunt phyllida syluæ.
Certa necis causa est: incomitata fuit.
Ibat ut aonio referens trieterica baccho
Ire solet fufis barbarā turba comis.
Et modo q; poterat latum spectabat in æquor:
Nunc in harenosa lassā iacebat humo.
Perfide demophoon surdas clamabat ad undas:
Ruptaq; singultu uerba loquentis erant.
Limes erat tenuis longa subnubilus umbra.
Quo tulit illa suos ad mare sæpe pedes.
Nona terebatur miserā uia: uiderit inquit.
Et spectat zonam pallida facta suam.

Aspicit & ramos: quibus se suspendat. **E**t digitos ad sua colla refert: zonam collo innecit.
Sithoni. o phyllis ex thracia. quæ prius Sithonia dicebatur. ut gelius docet. **N**on flectet positus.
arbor non tua causa amisisset comas. id est frondes. quæ sunt arborum comæ. **P**ræstiterat iuue nis. Amatoris cuiusdam exemplo docet amantum quoq; turbam fugiendam esse. **D**ecidit: ue nit in pristinum morbum amoris. **N**ec uis. amare. **C**ontagia. Contagia appellat amantum cō fortia: Est autem Contagium. seu Contagio. & Cōtages morbus: qui quicquid contingit polluit. **C**ontagi um
Cōtages: **C**ōtages:
Aspicit & ramos: dubitat: refugitq; quod audet.
Et timet: & digitos ad sua colla refert.
Sithoni tunc certe uellem ne sola fuisses:
Non flectet positus phyllida filua comis:
Phyllidis exemplo nimium secreta caueto:
Læse uir a domina: læsa puella uiro.
Præstiterat iuuenis quicquid mea mûsa iubebat.
Inque suæ portu pœne salutis erat.
Decidit: ut cupidus inter deuenit amantes.
Et: quæ deciderant tela: relumpit amor.
Si quis amas: nec uis: facito contagia uites.
Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.
Dum spectant læsos oculi: læduntur & ipsi.
Multaq; corporibus transitione nocent.
In loca non nunquam siccis arentia glebis
De prope currenti flumine manat aqua.
Manat amor tectus: si non ab amante recedas:
Turbaq; in hoc omnes ingeniosa sumus.
Alter item iam sanus erat: uicinia læsit.
Occursum dominæ non tulit ille suæ.
Vulnus in antiquum rediit male sana cicatrix.
Successumq; artes non habuere meæ.
Proximus a tectis ignis defenditur ægre.
Vtile finitimis abstinuisse locis.
Nec quæ ferre solet spatiantem porticus illam:
Te ferat: officium neue colatur idem.
Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mētē
Alter si possis orbis habendus erit.
Non facile esuriens posita retinebete mensa:
Et multum satiens incitat unda litim:
Non facile est taurum uisa retinere iuuenca
Fortis equus uisa semper adhinnit equa.
Hæc ubi præstiteris: ut tandem littora tangas:
Non ipsam satis est deseruisse tibi.
Et soror: & mater ualeant: & conscia nutrix:
Et quisquis dominæ pars erit ulla tuæ.
Nec ueniens seruus: nec flens ancillula fictum
Suppliciter dominæ nomine dicat aue.
Nec: si scire uoles quid agat: tamen ipse rogabis:
Perfer: erit lucio lingua retenta tuo.

Flumen
Torrens:

Euanidus

Venus
Appias:

Appiades
deas

Reus:

Vadari

Causam fugitiui amoris. causam qua amor a te fugiat: Melius sic te ulciscere. facilius eius amo-
rem fugabis tacendo. q̄ si de ea quereris. Dum illa effluat donec illa emente tua labat: Quā te de
fisse loquaris. q̄ dicas te cessasse amare. Sed meliore fide: Tutius esse docet per fluminis similitu-
dinem lente amorē ponere: q̄ celeriter. Flumine perpetuo. flumine semp̄ currēti: nā flumen dicit:
quod perenne ē: hoc ē quod continue fluit: quod uero aestate siccat: a Torrendo uocamus Torren-
tē: Altius ire: impetuosiū labi: uel maiori aqua: molle descendere. Hęc breuis est. Torrēs
breui delabitur: uel durat. aestate enim
siccat. Fallat. Amor paulatim ita
euanescat: ut nō sentiatur. Euanidus:
inanis: & in nihilum redactus: Plinius in
nono: Idem a quadrimo euanidus.
Per molles gradus. Per faciem ui-
am: hoc est sensim. Exitus iste. iste
amoris finis. Feris ingeniis. durā & imi-
ti naturā. Nec curandus adest. nec ē fa-
nandus amē. Aut ægre desinit esse mi-
ser. difficile sanatur. Tuncti modo. pau-
loante amici. Appias ipsa. ipsa uenit ge-
nitrix: cuius templū erat in foro. C. Cæsa-
ris: ab aqua appia: quæ illic erat cognomi-
nata: unde etiā i libris de arte amādi Ap-
piades deas appellauit non modo uene-
rem: sed Pacem. Pallada. Cōcordiam: &
Vestam illi uicinas. Sæpe reas faciūt &
amant: Sunt etiam qui diem dicunt puel-
lis: quas amat: Reos autē ut in oratore do-
cet Cicero: eos appellamus: qui non mo-
do arguuntur: sed omnes: quorum de re
disceptat. Vbi nulla similtas Incidit:
Inde inquit amor discedit: ubi nullū odi-
um inter amantes itercedit. Liber a mo-
nitu. Carens aliqua cōmēmoratione ali-
cuius causæ: ex qua discordia oriatur.
Oberrat. circūerrat: discedit: uel oberrat
admonitu: id est errat circū amantes: mo-
nendo ipsos: ut causas dissidii quærant.
Liber amor. solutus & ociosus cupido.
Forte aderat iuuenis: Docet exemplo
non esse quoq; cum amica litigādū. Le-
ctica: qua diuites gestabatur: ut docet Iu-
uenalis. Sæuis minis: minabatur enim
iuuenis iratus dominæ. Uadaturus.
Vadari ē spondere se certo die affuturū i
iudicio: uel per se: uel per aduocatū. siue
id sit capitale iudicium: siue pecuniarium
Horatius: Et casu nūc respondere uada-
tō Debebat: quod nō fecisset pder̄ litem.
Prodeat lectica. exeat amica de lectica.
Mutus erat: erat sine uoce uisa amica
præ nimio amore: Et manus: quæ illi
minabatur. Duplices tabellæ: codicil-
los dicit: in quibus scripta utriusque seu
iura continebantur: Venit in ample-
xus: uenit in amicæ cui antea minabatur: complexum: A thalamis: a lecto & amore. Esse so-
lent magno: quod perdis minus est. q̄ Lucrum: Magno bono: liberando te ab amicæ amore:
Conducat in unum. Si casu ueneris eo. ubi erit amica: Arma: præcepta: consilia: Pantelilea:
Amica tua: Nunc tibi riualis: Docet ab amatore eā de amica cogitanda esse: quæ eam in odium ad-

Tu quoq; qui causam fugitiui quæris amoris:
Deq; tua domina multa querenda refers:
Parce queri: melius sic te ulciscere tacendo:
Dum desideris effluat illa tuis.
Et malim taceas: quam te desisse loquaris.
Qui nimium multis: non amo: dicit: amat.
Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis
Quam subito: lente desine: tutus eris.
Flumine perpetuo torrens solet altius ire.
Sed tamen hæc breuis est: illa perennis aqua.
Fallat: & in tenues euanidus exeat auras.
Perq; gradus molles emoriatur amor.
Sed modo dilectam scelus est odisse puellam:
Exitus ingeniis conuenit iste feris.
Nec curandus adest: odio qui finit amorem.
Aut amat: aut ægre desinit esse miser.
Turpe uir & mulier iuncti modo: p̄tinus hostes
Non istas lites appias ipsa probat.
Sæpe reas faciunt: & amant: ubi nulla similtas
Incidit: a monitu liber oberrat amor.
Forte aderat iuuenis: dominam lectica tenebat:
Horrebant sæuis omnia uerba minis.
Iamq; uadaturus lectica prodeat inquit:
Pro dierat: uisa coniuge mutus erat.
Et manus & manibus duplices cecidere tabellæ.
Venit in amplexus: atq; ita uincis ait.
Tutius est: aptumq; magis discedere pace:
Quam petere a thalamis litigiola fora.
Munera quæ dederas habeat sine lite iubeto.
Esse solent magno damna minora bono.
Quid: si uos casus aliquis conducat in unum?
Mente memor tota quæ damus arma tene.
Hic opus est armis: hic o fortissime pugna:
Vincenda est telo pantelilea tuo.
Nunc tibi riualis: nunc durum limen amica:

ducant. Medis irrita uerba deis: dii per quos illa peierabat: Nec compone comas: nec capillos
torqueas calamistro. sic alibi. Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos. Nec toga sit laxo. Mol-
les & libidinosi ad pedes togā demittebant. Horatius. Eo q̄ rusticus tōso toga defluit. & Tibullus. xa:
Heu miserū laxa quid iuuat esse toga. nā alias toga in sinum collecta subcingebatur: ut nūc quædā
linea sacerdotum uestimenta uidemus. Nulla sit ut placeas. ne cures et placere aliis puellis tuo or-
natu. Alienæ puellæ. nō ita tuæ. ut ea ē quæ dperis: sed ut ita loquar extraneæ. Ut e multis illa sit
una tibi: ut solam illam existimes te habe-
re: & eam solam effugias: Aliter apd̄ Pli-
niū in epistolis ad Caniniū Rufsum unū
ex multis. id est miserum exponas. Sed
quid præcipue. Causam docet. cur sero
ab amore desistant amantes. Exemplo
quenz docete suo: proprio exēplo uno:
quoq; id cognoscete. Pondus habere.
habere effectū: nā falso tibi iurat p̄ deos:
ex quo docet amatorē quoq; falli: quum
credat puellæ falso iuranti: q̄ eum amet.
Ut lapis. ut scopulus. Vndiq; pulsus:
Vndiq; fluctibus exagitatus. Diuortia:
separationē ab amica. Nec dic qd̄ doleas:
nec et amicæ cām doloris apias. Peccata:
amicæ i te crimina. Ne diluat: ne ea pur-
get: & refellat. Ut illa causa: Ut puellæ
ratio. Qui silet: q̄ nō diē pbra puellæ. Sa-
tiffieri postulat: Petit ut se purget amica
No ego dulichias: Inuitos amates fateet
poeta se nolle furiose occideri: & ut sedat:
Dulichias sagittas: Aut eas intelligit
Herculis sagittas: quas Vlysses dulichi
accepit a philote: & ad troiam attulit:
ut in. xiii. met. ostēdit Ouidius: Aut eas
quibus Vlysses procos interfecit: Scribit
enim Homerus in. xxi. odyssæ: Penelo-
pen dedisse arcū Vlyssis procis tenden-
dum: dices se illi nupturam: qui arcum te-
redisset: & sagittam emisisset: Verū quum
id facere nemo potuisset: Vlysses q̄ sub
habitu mendici latebat: arcum tetendit
quem prius explorauerat: an esset cario-
sus: procosq; sagittis excussis occidit: Pro-
pertius: Et ueteres arcus læto renouasse
procorū Errorisq; sui sic statuisse modū:
Tingere in amne faces. per uim faces
cupidinis extinguere. Nec nos purpu-
reas. nec amates retinebimus iuitos: quo
minus euolent ad quam uelint puellam.
Consiliū ē quodcūq; cano: nos inquit
sonuere lyra. lyra. n. Apollo usus est: Lyra apol-
linis
quam ex testudinis forma inuenisse Mercurium tradunt: & ea donasse apollinem post apollinis cū
Marsia: qua & superior fuit: contētionem: postq; sumptam præter æquum a uictō p̄nam: p̄nituit
se Apollinem dicunt: citharæq; effractis chordis. musica aliquādiu abstinuisse: Auctor Diodorus: Arcus sa-
sonuere pharetræ. Pharetra enim ex humeris apollinis pendeat: Horatius. Voce dum terret ui-
gittadiq;
dius pharetra Risit apollo. Scribit Diodorus Apollinem arcus sagittadiq; extitisse repertorem: q̄ repertor:
ex causa cretenses præcipue arcu delectati sunt: quem Scythicū uocant. Confer amyclæis. Tyriā Scythicū
purpurā lacomica præstantiorē ēē docet poeta: ut ex puellis aliā aliā pulchriorē esse per similitudinē Vbi Ros
probet. Scribit Plinius Rorem purpuræ præcipuum esse asiæ in tyro: In enyge africæ: & getulo lit Purpuræ
tore oceani: in laconica Europæ. Confer: Compara. Vellus medicatū. lanam tinctā. Athenis p̄cipuus

Toga la-
xa:

Vnus ex
multis

Dulichias
sagittæ.

Arcus
Vlyssis

Lyra apol-
linis

Arcus sa-
gittadiq;

Purpuræ

Purpura Tyria Dibapha: amictus. Vasis lacōicis. Murice cū tyrio: cū tyria purpura: q̄ omniū laudatissima habebat: p̄fertim si Dibapha erat: hoc ē bis tincta magnifico ipendio. Est aut̄ Murex genus purpuræ: ut docet Plyni us: Turpis illud erit: laconicā purpurā intellige: Vtraq̄. & iuno & pallas: Sed tibi collatam. Comparatam: nam ex comparatione quoq̄ minus amicam placere posse ostendit. Tantum iudicio: uide ne præ amore plus placeat amica q̄ par sit. Scripta caue relegas: Docet quid sit exiguū illud: quod sibi quoq̄ profuisse dixerat. Scripta: tabellas ab amica antea missas ad amatore acci-

pe. Omnia pone feros. oia scripta igni cremato: Ardoris sit roguis iste mei: iste sit finis: & cōsumptor mei amoris: Thestias absentē: Oeneus in magna frumēti copia: q̄ cæteris diis sola diana neglecta sacrificasset: irata dea Calidonium aprū ingenti magnitudine celebrem ad uastādam late patriam propinquam immisit: Ad hunc delendum Meleager ætate uiribusque integer: pluribus assumptis secum sociis aprum iaculat: occisā bestia præmium (id erat feræ pellis) omnium consensu tulit: Quum in uenatione Atalanta Schinei filia affuisset: eius amore captus: pellem ueluti laudem occisæ feræ sibi concessit: Quod factum qui una uenati fuerant Thestii filii ægre ferentes: Atalantæ per insidias quum in arcadiam rediret: pellem abstulere: Meleager puellæ auxiliū ferens: Althææ matris fratres necauit: illa meleagrū execrata est: ab diis immortalibus: qui eius uotum exaudiuerunt filio mortem imprecata: Fabularum tur quidam meleagari ortu parcas noctu in somnis althææ dixisse tunc uitæ Meleagari filii finem fore: quum id lignum (is torris extinctus erat) combueretur: Orto puer existimant in eius ligni custodia filii salutem contineri: diligenter custodiū seruauit. Postmodum fratrum morte irritatam torre combusto ferunt causam i teritis filii extitisse: cuius facti postea quicam pœniteret: laqueo uitam finiuit: Auctor Diodorus: Fabulam etiā narrat Ouidius in met. Thestias: Althæa thestii filia. Cæreas. Amicæ imagines cæreas. Carperis. delectaris: Hoc modo: quaproter silai mariti cæream imaginē laodomia effinerat: dicere ipsa in epistolis. Dū tamen arma geris diuerso miles in orbe:

Quæ referant uultus est mihi cæra tuos. & paulopost: Hanc spectro: teneroq̄ sinu pro coniuge uero: Et tanq̄ possit uerba referre queror. Sed quū ille nauis egressus: in bello troiāo piisset: laodomia audita mariti morte: eius desiderio in amplexu imaginis cæreæ expirauit: Seruius scribit eam optasse: ut mortui mariti umbram uideret: qua re concessa non deserens eā: in eius amplexibus periit: Recreatur admonitu. fouetur recordatione: Vulnusq̄ nouatum. amor recrudescens. Scindit. aperitur: Firmis. amore pœne liberatis. Causa pusilla. parua causa. Flamma redardefcet: renouabitur amor. Argolicæ cuperent. Docet a simili loca: quæ nocēt amati. euitanda esse: Nauplius Palamedis pater: ut ulcisceretur filii necem eleuata facula signum dedit ex Caphareo Euboia promontorio græcis naufragio laborantibus: qui credentes eos ignes indicare portum tutissimum: inter asperissimos scopulos naufragiū fecerunt: Vergilius. Vltorq̄ caphareus. & Propertius. Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes. Et natat exuuiis græcia pressa suis: Solinus scribit Caphareum

Meleagri Fabula:

Laodomia Mors

Naufragium græcorum: Caphareus

Murice cum tyrio. turpius illud erit. Vos quoque formolis uestras cōferte puellas. Incipiet dominæ quenque pudere suæ: Vtraque formosæ paridi potuere uideri: Sed tibi collatam uincis utraq̄ue uenus. Nec solam faciem: mors quoque confer & artes Tantum iudicio ne tuus obstat amor. Exiguū est quod deinde canam: sed profuit illud Exiguū multis: in quibus ipse fui. Scripta caue relegas blandæ seruata puellæ. Constantes animos scripta relecta mouent. Omnia pone feros (quauis inuitus) in ignes. Et dic ardoris sit roguis iste mei: Thestias absentem succendit stipite natum. Tu timide flammis perfida uerba dabis. Si potes & cæras remoue. quid imagine muta Carperis: hoc perit laodomia modo. Et loca sæpe nocent fugito loca conscia uestri Concubitus: causas illa doloris habent. Hic fuit. hic cubuit: thalamo dormiuimus illo. Hic mihi lasciuia gaudia nocte dedit: Admōitu recreatur amor: uulnusque nouatum Scinditur: & firmis causa pusilla nocet: Ut pœne extinctum cinerem si sulphure tangas: Viuet: & ex minimo maximus ignis erit: Sic: nisi uitaris: quicquid renouabit amorem: Flamma redardefcet: quæ modo nulla fuit. Argolicæ cuperent fugisse caphareæ puppes: Teque senex luctus ignibus ulte tuos.

promontorium prominere in hellepontum: Vbi post illi excidium argiuam classem uel mineruæ ira: uel quod certior prodit historia sidus arcturi grauibus affectit casibus. Teq̄ senex. Naupliū palamedis patrem dicit: Præterita cautus niseide. Strabo in nono scribit post cromyonem Scironides atticis finibus imminere petras iuxta mare transitum non relinquentes: Super eas autem uiā esse in atticam atque Megara ab isthmo ducentem: quo in loco Scironis res in monte gesta. latroniq̄ & flectentes ad terram arbores pinus fabulis memorantur: quas theseus obruncauit: Aquibus

Præterita cautus niseide nauita gaudet. Tu loca quæ nimium grata fuere caue. Hæc tibi sint syries: hæc acroceraunia uita: Hic uomit epotas dira charybdis aquas. Sunt quæ non possunt aliquo cogente iuberi. Sæpe tamen casu facta leuare solent. Perdat opes phædra: parces neptune nepoti.

locis extremis flantem procellasq̄ cientem sæuum Caurum athenienses Scironem appellant: Secundum uero petras illas Scironides idem scribit Minoam rupem prorumpere in pelagus Niseæ portum efficiens: Fuit autem Nisea Megarēsum emporium: quod etiam Minoa uocabatur: a qua poeta procellosum mare & oram illam Niseida appellauit. Potes etiam per Niseida scyllam intelligere: q̄ est scopulus in freto siculo uersus italiam sub quo sunt concaua saxa: quo nauies ui-

Nisea: seu Minois

Scylla scopulus:

uentorum: æstuq̄ freti impelluntur: laceranturq̄: De qua Circe apud Homerum in: xii. Odyss. ita Vlyssēm alloquitur: Duo sunt scopuli cacumen montes exuperat: in quod nemo mortalium ascendit unq̄: In medio scopulo spelūca Erebi instar: Habitat illic Scylla monstrum imane: cui præter deum occurreret nemo: aspectu tristis. xii. habet pedes: colla prælonga sex: totidem capita: dentes triplici serie pectinatos: capita exerens: beluas ingētes piscatur: Fabulam habes apud Ouidium in. xiiii. met. quam hic tamen more poetico confundit: Vult enim Scyllam Nisi filiam in monstrum marinum: Deinde in saxum: quod Niseida appellat fuisse conuersam: id a nautis uitari docet etiam Ouidius in met. Eandem fabulam confundit etiam Propertius eo carmine. Quid mirum in patrios scyllam sæuisse capillos Candidaq̄ in sæuos inguina uersa canes: & Vergilius: Quid loquar aut scyllam nisi: quam fama secuta est Candida succinctam latrantibus inguina monstris Dulichias uexasse rates: Hic tibi sint syries: Syries duo sunt sinus africani maris dispari magnitudine: sed pari periculo: Vento enim trahuntur harenæ: unde locus modo uadus fit accedente cumulo harenarum: modo profundior illic alio depulsis: Salustius: Nam prope duo sunt sinus in extrema africa: impares magnitudine: pari natura: Quorum loca proxima terræ peralta sunt: Cætera interiora ubi foratrahunt: & hinc facies locorum mutatur: Solinus quoque ita scribit. Cui proximi cyrenenses inter duas syries: quas inaccessas uadusum & reciprocum mare efficit: cuius salis defectus: uel incrementa haud promptū ē deprehendere: ita incertis motibus nunc in breuia rescinduntur doruosa. nunc in æstibus inundantur inquietis: ut Varro auctor est per stabilem ibi terram uentis penetrantibus subitam uim spiritus citissime aut remouere maria. aut resorbere: Hæc acroceraunia uita: Es-

Scyllæ Forma:

Syries

fuge hæc loca: tanquā nauis fugiūt ceraunia: Lucanus. Scopulosa ceraunia nauis summa timent. & Horatius Qui uidit mare turbidum: Et infames scopulos Acroceraunia: Sunt autem Ceraunia: siue Acroceraunia (ut docet Seruius) montes epiro: a crebris fulminibus dicti: ἀκροσ enim summitas dicitur κεραυνος uero fulmen: quia eorum summitas fulminibus infestatur: Vergilius. Aut Athon: aut rhodopen: aut alta ceraunia telo Deicit: Hic uomit epotas. Carybdis foemina fuit uoracissima: ut docet Seruius: quæ quia Hercules boues rapuit: a Ioue dicitur fulminata: & in maria præcipitata: unde naturam pristinam seruat: nam sorbet uniuersa: Ostēditur autem Charybdis ante urbem Siciliae zanclem paululum in traiectu: a qua ipsa a poetis zanclea appellatur: eius profundum quidem immensum esse docet Strabo: quo inundationes freti mirum modum nauigia detrahunt magnas per circunductiones: & uortices præcipitata: quibus absorptis. ac dissolutis naufragiorum fragmenta ad Taurominitanum littus attrahuntur: quod ab huiusmodi casibus coprian. id est finum appellant: Tibullus. Nec uiolenta suo consumpsit in ore charybdis. Vel si sublimis fluctu consurgeret imo: Vel si interrupto nudaret gurgite pontum. Sunt quæ nec possunt: Diuitias & opulentiam amori etiam obesse dicit: Aliquo cogente: quia si cogam amatorem diuitiis suis carere: ut sanetur: non parebit: Casu facta. Casu diuitiæ amissæ: quæ sunt bona fortuna: Leuare solent: solent amorem tollere. Perdat opes phædra. Si phædra sit sine diuitiis. Parces neptune nepoti: non capietur priuigni hippolyti amore: nec ille interfici-

Ceraunia siue acroceraunia: Charybdis:

zanclea charybdis

tur a neptuno immisso tauro: Nam quum theseo uxor phædra falso accusasset hippolytum thesei filium ex hippolita amazone: q̄ eam de stupro interpellasset. Theseus pater ab auo Neptuno pe-

Hippolyti iteritus

tiit: ut filius discerperetur: qui quum Troezena curru ueheretur: cornigero tauro a neptuno improprio emisso perterrefactis equis: & per asperrima saxa curru profecto: excussus interit: ut elegantissime narravit Ouidius in ultimo met. hyppolyti interitus meminit etiam Cicero in officiis his uerbis: Nam si (ut in fabulis est) Neptunus quod theseo promiserat: non fecisset: Theseus filio hippolyto non esset orbatus. **T**aurus auitus. Taurus neptuni thesei aui: Aegeus enim filius fuit neptuni & Meropes. **G**nosida fecisses inopem. Si phædra pauper fuisset: potes hoc etiam ad pasiphaen referre: **C**ur nemo est hecaten? Hecates & Hiri exëplo docet amorem non pauperes: sed potentiores subigere: Sunt qui non hecaten: sed hecalen legendum putent: Fuit enim hecale anus pauper: quæ theseum suscepit hospitio: Apuleius libro primo met. Contentus la re paruulo. **T**hesei illius cognominis patris tui uirtutes æmulaueris: qui non est aspernatus Hecales anus hospicium tenuit. **N**ulla est quæ cæperit hyrum. Hyrus itacensis mendicus fuit stultus: & magno corpore: qui (ut Homerus scribit) uapulauit ab Vlysse: quum reuersus inuenisset in uestibulo ædium suarum: hyrus appellatus est a loquacitate mendicandi. nam Arneus olim a matre dicebat. Propertius Lydus dulychio non distat cretus ab hyro. **N**on tamen hoc tanti est: non tamen tanti facis amoris remedium: ut uelis pauper esse: **A**t tanti tibi sit: at tanti facias non frequentare theatra quoad cõualueris: quanti facis amoris iugum ponere. **N**on indulgere theatris. nõ frequentare theatra: in quibus molles & lasciuæ res agitari solent. Propertius: O nimis exitio nata theatra meo. Cantusque: rythmi. **E**t uox. uerba lasciuia cãtantium in theatris: **E**t numeris brachia mota suis. Saltationes illas & molles gesticulationes dicit. quæ in theatris fiebant. Propertius: Siue aliquis molli deducit brachia gestu Candida: seu uarios incinit ore modos. **F**icti amantes: non ueri amantes: sed ficti: ut in argumentis comædiarum introducuntur: **Q**uid caueas. quid uites tanquam damnosum. nam comædia est uitæ speculû. **A**ctor. comædus. **Q**uid iuuet: Quid proficit. **T**eneros poetas. poetas elegos: & molles dicit. Meas dotes. meos libros. **C**allimachum fugito. Callimachus in elegia princeps habetur Fabii iudicio: Fuit autem cirenæus. ut docet Strabo a batto oriundus. **N**on est inimicus amori. quia res amatoe nocet. Philetas etiam ex co insula in mari carpathio elegiam scripsit: et in eo scribendi genere se cundas tulit: ut Fabius docet: huius etiam meminit Strabo: quem aliorum scriptorum criticum fuisse dicit: Battida amauit: Ouidius de sine titulo: Nec tantum clario Lyde dilecta poetæ. Nec tantum coo battis amata deo. **M**e certe Sappho. Sapphus opera erant lasciuia: unde & in arte amandi ita scripsit. Nota sit & sappho. quid enim lasciuus illa. **M**eliorem amicæ. Amicæ magis placidum. **T**eia musa: Anacreon poeta patria Teius. **C**armina Tibulli. De Tibullo. & aliis poetis plura diximus in libris de arte amandi. **C**uius opus cynthia sola fuit. Propertium quoque non tuto legi posse ab amatore præcipit. **D**urus discedere. Abire quin mollis fiat. De Gallo poeta antea dictû est. Nescio qd tale. nescio quid simile & lasciuû. **A**emulus. riualis. Solâ

Hecale

Hyrus
Médicus

Arneus

Callimachus
Lydus
amauit
Philetas
battida
amauit:
Sapphus
opera;

Nec faciet pauidos taurus auitus equos.
Gnosida fecisses inopem: sapienter amasset.
Diuitiis alitur luxuriosus amor.
Cur nemo est hecaten? nulla est quæ cæperit hyrum?
Nempe quod alter egens: altera pauper erat.
Non habet unde suum paupertas pascat amorē.
Non tamen hoc tanti est: pauper ut esse uelis.
At tanti tibi sit non indulgere theatris.
Dum bene de uacuo pectore cædat amor.
Eneruant animos citharæ: cantusque: lyraeque:
Et uox: & numeris brachia mota suis.
Illic assidue ficti cantantur amantes:
Quid caueas actor: quid iuuet: arte docet:
Eloquar inuitus: teneros ne tange poetas.
Summoueo dotes impius ipse meas:
Callimachum fugito: non est inimicus amori:
Et cum callimacho tu quoque coe noces.
Me certe sappho meliorem fecit amicæ.
Nec rigidos mores teia musa dedit.
Carmina quis potuit tuto legisse tibullis?
Vel tua cuius opus cynthia sola fuit?
Quis potuit lecto durus discedere gallo?
Et mea nescio quid carmina tale sonant:
Quod nisi dux operis uatem frustratur apollo:
Æmulus est nostri maxima causa mali.
At tu riualem noli tibi fingere quenquam:
Inque suo lolam crede iacere toro:
Teneros poetas. poetas elegos: & molles dicit. Meas dotes. meos libros. **C**allimachum fugito. Callimachus in elegia princeps habetur Fabii iudicio: Fuit autem cirenæus. ut docet Strabo a batto oriundus. **N**on est inimicus amori. quia res amatoe nocet. Philetas etiam ex co insula in mari carpathio elegiam scripsit: et in eo scribendi genere se cundas tulit: ut Fabius docet: huius etiam meminit Strabo: quem aliorum scriptorum criticum fuisse dicit: Battida amauit: Ouidius de sine titulo: Nec tantum clario Lyde dilecta poetæ. Nec tantum coo battis amata deo. **M**e certe Sappho. Sapphus opera erant lasciuia: unde & in arte amandi ita scripsit. Nota sit & sappho. quid enim lasciuus illa. **M**eliorem amicæ. Amicæ magis placidum. **T**eia musa: Anacreon poeta patria Teius. **C**armina Tibulli. De Tibullo. & aliis poetis plura diximus in libris de arte amandi. **C**uius opus cynthia sola fuit. Propertium quoque non tuto legi posse ab amatore præcipit. **D**urus discedere. Abire quin mollis fiat. De Gallo poeta antea dictû est. Nescio qd tale. nescio quid simile & lasciuû. **A**emulus. riualis. Solâ

amicam sine ullo amante. **A**crius Hermionē: Exëplis docet amorē æmulis ardentiorē fieri. **A**te riuus uiri: Pyrrhi Achillis filii. **I**bas sine coniuge creten: nã quã paris spartã nauigasset: a Menelao susceptus est hospitio: q̄ Helenæ uxori hospitis curã madauit: ipse uero in cretã nauigauit cū reliquis Minois. p̄nepotibus accitus ad diuidedas Atræi opes. **V**iro plistenio: Agamēnoni Plistenis filio. **N**ec frustra flebat: nec frustra plorabat Achilles. Atrides fecit: Agamēnonē rē habuit cū briseide. Fuit maximus fructus: fuit maxima utilitas. Nã sibi q̄ nũq̄ tactã briseida: Agamēnonē in nono iliados Homeri cū maximis munerib; pollicetur se et briseida: quã achilli eripuerat remissurũ: eamq̄ itegerrimã oino: & quã nũq̄ secũ aut i eodẽ cubili iacuit aut more uiroz; mulierũq; fuisse cõmistã magis iusiuradũ interponit. **S**ceptũ nõ putat esse deos: q̄a credit aliud eẽ iurare p̄ sceptũ: aliud p̄ deos. Modo uelle tene: modo teneas tuã uoluntatẽ ad eundẽ amicã: ut sit uerbũ p̄ noie: sic & Perseus. Velle suũ cuiq; eũ: uel tene uelle: tibi propone transire uelle amicã cõspectũ. Nũc fortiter ire: nũc opus eẽ forti animo transire amicã lumina. **I**llo lotophagos: Lo Lotophagi fuere populi Africæ habitates in Meninge insulã: ut scribit Strabo: sic appellati: qm̄ comedunt loton: quæ est arbor ferens fructũ suauissimũ: & tã dulcẽ cibũ: (ut auctore Plynio i libro. xiii.) non men etiã genti: terræq; dederit nimis hospitali aduenarũ obliuione patriæ: nam Vlysses i Africã delatus: socios sciscitatũ misit: q̄ gustata loto: nunq̄ renũciare: aut redire curabãt: cibi. n. suauitate suoz; obliuati erant: quos Vlysses inuitos ad nauem reduxit: unde Silius libro tertio ita scribit. Quos succo nobilis arbor: Et dulci pascit lotos nimis hospita bacca: Scribit Plynus Loton arborẽ nasci circa syrtes: atq; Nasamonas: paulo maiorẽ piro: fructũ fabæ magnitudine: colore croci: admirandæ suauitatis: quæ in Italiã transita naturã mutat: Herodotus et in libro quarto scribit lotophagos gindanorũ: orã i mare porrectã icoluiffe: q̄ e solo loti fructu uictitabant: q̄ fructus eĩ instar fructus lentisci: suauitate assimilis fructui palmarũ: & ex eo fructu lotophagos uinũ facere solitos fuisse. Idẽ auctor eẽ. **I**n illo antro: in amicæ aditu: de Sirenibus dictũ eẽ. **A**diice uela. ocissime transeas. **N**unc quoq; uel nimium: Docet et riuale nõ habendũ esse loco inimici: ut antea. **E**cce cibos eẽ. Cibos quoq; libibinẽ incitantes

Lotophagi

Lotos

Acrius hermionen ideo dilexit orestes:
Esse quod alterius cœperat illa uiri.
Quid menelae doles? ibas sine coniuge creten?
Et poteris nupta lætus abesse tua.
Ut paris hanc rapuit: tum demum uxore carere
Non potes: alterius creuit amore tuus.
Hoc & in abducta briseide flebat achilles:
Illam plisthenio gaudia ferre uiro.
Nec frustra flebat. fecit (mibi credite) atrides:
Quod si non faceret: turpiter esset iners.
Certe ego fecissem: nec sum sapientior illo:
Inuidiæ fructus maximus ille fuit.
Nam: sibi quod nunquam tactam briseida iurat:
Per sceptrum: sceptrum non putat esse deos.
Dii faciant possis dominæ transire relicta
Lumina: proposito sufficiantq; pedes.
Et poteris. modo uelle tene: nunc fortiter ire
Nunc opus est celeri subdere calcar equo.
Illo lotophagos: illo sirenes in antro
Esse puta: remis adice uela tuis.
Tu quoq; qui quondã nimium riuale dolebas
Vellem desineres hostis habere loco.
Hunc certe quis odio remanente saluta:
Oscula quum poteris iam dare: sanus eris.
Ecce cibos etiam: medicinæ fungar ut omni
Munere: quos fugias: quos ue sequare dabo.
Daunius: an libycis bulbus tibi missus ab oris:
An ueniat megaris: noxius omnis erit.
Nec minus erucas aptum est uitare salaces:
Et quicquid ueneri corpora nostra parat:
Vtilius sumas acuentes lumina rutas
Et quicquid ueneri corpota nostra negat.
Quid tibi præcipiam de bacchi munere quaris:
uitandos esse dicit. **D**aunius bulbus: bulbus ex apulia: quem post Africanos laudat Plynus libro decimonono. **E**rit noxius: erit nocens. **E**rucas salaces: Erucas herbam libidinem incitantem. **V**tilius sumas acuentes lumina rutas: Rutam (ut Plynus docet libro. xx.) pythagoras oculis noxiam putauit falso: quoniam sculptores: & pictores hoc cibo usos fuisse scribit oculorũ causa: Eadem generationes impedit. Ideo profluuiio genitali datur: & uenrem erebro p̄ somnia imaginantibus. **D**e bacchi munere: de uino a baccho reperto. Scribit. n. Diodorus in primo Dionysium uini fuisse inuentorem in nysa: quam plantandi: ac uini conficiendi: seruandiq; ex alio trans-

Eruca
RutaVini Inuē
tor

serendi usum edocuit. Spe breuius: breuius q̄ speres. Meos monitus: mea præcepta de munere bacchi. Stupeat: torpeant: sensu careant. Nutritur uento: Doctet amorē uino accedi & iminui: ut ignis ueto. Lenis aura: placidus uetus. Aut nulla ebrietas: aut nihil aut immodice bibas. Si q̄ ē inter utruq̄: si qs̄ parce biberit. Exegi: ad calcē deduxi. Fessæ date ferta carinæ: postq̄ opus cœptū ad finē p̄duxit poeta: iā q̄scēdū esse dicit: qd̄ faciūt etiā nauæ: quū portū attigerint. Pia uota: pijs precēs. Meo carmine: meis præceptis: q̄bus remedia amoris descripsi.

FINIS

Spe breuius monitus experire meos. Vina parant animos ueneri: nisi plurima sumas: Et stupeant multo corda sepulta mero. Nutritur uento: uento restinguitur ignis. Lenis alit flammæ: gr̄ adior aura necat. Aut nulla ebrietas: aut tanta sit: ut tibi curas Eripiat. si qua est inter utruq̄: nocet. Hoc opus exegi. fessæ date ferta carinæ: Contigimus portum: quo mihi cursus erat. Post modo reddetis sacro pia uota poetæ: Carmine sanati scemina uirq̄: meo.

P. OVIDII NASONIS. DE RE MEDIO AMORIS FINIS.

Habes Franciscæ Generosæ Enarrationes nostras in Ouidium de Arte Amādī: & de Remedio Amoris: quas celerius aliquāto: q̄ fuerat cōsiliū tuis precibus emissimus: Volebā enim uti Horatiū cōsilio: q̄ in arte poetica docet nō præcipitandā esse editionē. sed in nonnum annū premendā: Quare si qd̄ desiderabitur: id tibi: & quotidiano tuo cōuicio ascribito: Si quid uero immutationē litterarū: syllabarū uel aliqd̄ deprauatū inueneris: id non mihi: uerū difficilī impressorū: correctioni imputato. Vale.

Enarrationes in Ouidiū de Arte Amādī. & de Remedio amoris diligenter: & accurate cōpositas a Bartholomæo Merula Mantuano. Impressit Venetijs Vir solers & Industrius Ioannes de Tridino alias Tacuinus. Anno salutis. M. cccc. lxxxviii. Tertio Nonas Maias: Augustino Barbadico Duce Inclyto ac foelicissimo.

Comparens corā Serenissimo Principe: & Excellentissimo Dño Egregius Vir Ioannes de tridino alias Tacuinus: exposuit se habere Enarrationes in Ouidiū de Arte amādī: & de remedio amoris. Cōpositas ab Eruditissimo Viro Bartholomæo Merula: Quod opus quū imprimi facere intendet ad cōmunē oīum utilitatē. Iccirco supplicī sermōe petiit: ut sibi soli liceat hoc facere: ne forte alius q̄sp̄iā imprimere uolēs: cū dāno eiusdē Ioānis fieret. Quāob̄re ifrascriptū dñi Cōsiliarij Terminarūt: q̄ nemini liceat imprimere: aut imprimi facere: nō tā Venetijs: q̄ in oib̄ locis: & Ciuitatib̄ præfatī Excellentissimi Dñi p̄ deceniū opus prædictū nisi ipsi Ioāni sub pœna imediata: & irremissibilis amissimis oīum similiū librorū: & ducatorū decē de suis pprijs bonis p̄ quoq̄ uoluntē ip̄presso: aut uēdito cōtra hoc Serenissimi domini edictū. Quæ pœna uadat ad mōtis noui recuperationē: cui qd̄ pœnæ subiacere oīno debeat. Quicūq̄ uoluntē aliqd̄ simile extra Ditionē Illustrissimi Dñi præfatī ip̄pressum uendere uellet in hac ciuitate nra: aut quibuscūq̄ alijs in Ciuitatibus: Terris & locis nostris.

Consiliarij

D. Iacobus leonus

D. Hieronymus Vendraminus.

D. Bartholomæus Victurius.

D. Leonardus Mocenigo.

M. ANTONII ANTIMACHI
MANTVANI CARMEN

Naso corintha tuos expertus sæpe calores.
Et q̄ fallaces sint in amore dolī:
Edidit excultos hac callidus arte libellos.
Quo facile ad dominam quisq̄ teneret iter:
Scripsit & accēfos quænam medicina furores
Tollat: & illato uulnere præstet opem:
Quæ facili quāuis sint scripta poemata uersu.
In multis fuerant non bene nota locis:
At modo discussit Merulæ solertia docti
Mon exploratum quicquid habebat opus:
Huic igitur tantum debere fatentur amantes.
Nasoni quantum pallida turba suo:

DOMICI PALLADII SORANI
CARMEN

Quot puer incautos quodā pharetratus aman/
Impulit ad sæuæ tela cruenta necis? (tes
Quot laqueis periere fero sub amore iacētēs?
Quot rapuit miseros æstus & unda uiros?
Sæuus amor quodā: factus nūc mitior armis
Leuiter offendet pectora uincta suis:
Nanq̄ modum faciliq̄ uia docet artis amādī
Hoc opus: Ast aliud uulneris edit opem:
Multū docta cohors: ueneriq̄ obnoxia pubes
Ingenio debet Naso poeta tuo:
Nec minus interpres eadē tibi Merula debet.
Quod per te multis quæ latuere patent:
Ergo tibi innumeras pro tanto munere grates
Merula culte tibi turba latina refert:

Registrum

a
b
c
d
e
f
g
A
B
C

Prima alba
culū induxit
lam dicit
simularunt
rostra colūbe
Latmius
ludos cir
Bartholomæi
uel trochaicā
Ducant

Bartholomæi
simulacra præ
sonant Cym
ad fontē pue
ris incolentiū
Succinctæ
peretur uo
esset filius
Caratas
promontorium

& experientia
Ouidius Vallis
dæ mēta ponēdæ
Seu lacies
insulā concessit
Rosida dea:
Lectus &
ctar: Assignat





